tinuitatis in pulmone sicut in alijs mēbris. Et accidētia ꝓpria q̄ accidunt ex dictis causis est extēsio qñ tussit: eo ꝙ ꝯstringit̄ pectꝰ sup pulmonē: qñ replet̄ aere. Et possibile est ꝙ egritudo in pulmone accidat ex vna duarū causarū quas nūc diximꝰ. Et potest etiā pulmoni euenire solutio ꝯtinuitatis nō a seipso: sed a supfluitatibꝰ malis ibi deriuatis queadmodū nūc diximꝰ de apostematibꝰ: ⁊ pōt similiter in ipso oriri corrosio ex humore acuto ibi delato ⁊ in ipso: q humor ibi aduritur ex calore accidētali aut ex ira vl' ab angustia ⁊ fatigatione supflua spirituū: quare ab illo corrodit̄ locꝰ ⁊ vlcerat̄. Et causa huiꝰ est cura apostematis eiꝰ excepto ꝙ est grauior ad curandū: ⁊ ꝙ principaliter cōuenit in hoc casu: est tēperare cōplexionē ⁊ mitigare mordicationē cū rebꝰ cōuenientibꝰ sibi: sicut cū viscositate seminū citonioꝝ ⁊ cū decoctione iuiubaꝝ ⁊ requilitie ⁊ bibat ipsam: ⁊ fit etiā solutio cōtinuitatis in pulmone ex forti extēsione facta in ipso ab impetuosa ⁊ valida tussi: vel ab amore forti: aut supfluo humore atq̄ graui vltra q̄ sua possibilitas exigit ⁊ requirit: vel ex casu a loco alto: aut ex vrtatione ⁊ ipulsione facta cū pectore valida atq̄ forti: et isti tales eijciūt primo sanguinē feruentē absq̄ maxima tussi. Et sanguis ille q eijcit̄ est lucidꝰ ⁊ rubeus nō grossus sed subtilis. Et cū dico de sanguine feruente: intellige ꝙ sit āpulosus ⁊ spumosus. Et cura hoꝝ est p̄mo flōmare infirmū ex basilica dextri brachij minuendo de sanguine ꝓut virtꝰ eius exigit ⁊ requirit: ⁊ subtiliare regimē eiꝰ multū ⁊ nō exercitet̄ nec moueat̄: sed quiescat ⁊ caueat a risu ⁊ a supflua locutiōe ⁊ specialiter ab alta vociferatione: ⁊ cū videris qd̄ tussis violenter inquietat eū: p̄cipe ei vt oīmodo ⁊ ingenio abstineat ab ip̄a toto posse: ⁊ teneat pillulas leues sub lingua ꝯtinue quas dicturꝰ sū3 h̄ inferiꝰ deglutiendo eas paulatiue: donec mitiget̄ tussis: ⁊ curādo tussim curabit̄ similiter cā ipsa que facit ipsa3 egritudinē. Qd̄ si cā fuerit tensio facta a supflua repletione. Cura eiꝰ ꝓpria est flōmia: ⁊ si fuerit casus vel pcussio inunges locū cū oleo rosaceo tepido. Qd̄ si tussis fuerit ex catarro: tūc curandꝰ est primo catarrus sicut cā primitiua: ⁊ attendes huiꝰ egritudinis ⁊ medicine q̄ cōferunt in hac egritudine scilicet catarro sunt medicine stiptice subtiles: quoniā sua subtilitate de facili possunt ad pulmonē deriuare: ⁊ stipticitate sua hn̄t ipsum ⁊ partes suas ꝯstringere ⁊ coadunare atq̄ cōfortare ne supfluitates ad ipsū veniētes possit recipe: ⁊ seruando viā hanc q̄ ordinauimꝰ: absq̄ dubio nō modicū infirmo ꝓficies deo dante. Et iā supra diximus ꝙ flōmare debes basilicā dextri brachij in hac egritudine: ⁊ mihi videt̄ ꝙ facta flōmia basilice flōmando sit vna ex arterijs q̄ eis magis vicinat̄: ⁊ subtilia regimē eiꝰ dādo solū tisanā ordei: ⁊ liga coxas eiꝰ i stiptis vnāquāq̄ p se ligatiōe forti faciēdo eū qescere absq̄ labore: ⁊ ꝓpina ei oī mane aliqd ad bibēdū: ꝙ habeat cōfortare cū stipticitate aliq̄: sicut est sirupus rosaceꝰ cū aqua dulci: ⁊ si aqua fuerit ex fonte qui respiciat versus orientē erit laudabilior: ⁊ extingue in aqua illa calibē purissimū atq̄ mundū tamdiu donec ad minus ex aqua diminuat̄ quarta pars ipsiꝰ: sternendo i domo eiꝰ folia vitis ⁊ myrtelle ⁊ similiū ⁊ odoret citonia ⁊ rosas: ⁊ ea que habeāt cor cōfortare ⁊ dilatare: ad h̄ ut sanguis diuidat̄ ⁊ spargat̄ ad exteriora corporis: ⁊ nō ꝓhibeas ei somnū: nec exerceas te multū in ꝓuocando ipsū: sed dimitte illud nature. Et si cognoueris ꝙ humor a capite dissoluat̄: ⁊ inferius distilletur ad pectꝰ ⁊ ad pulmonē: ⁊ tēpus fuerit hyems ⁊ complexio eiꝰ humida ⁊ frigida extiterit: tūc prepara ei hoc medicam̄. ℞. macis partē vnā ⁊ gariofiloꝝ ptē semis ⁊ piperis nigri partē decimā fiat puluis subtilissimꝰ ⁊ sparge sup partē anteriorē capitis quoniā nihil cōfert in hoc casu: ⁊ specialiter quoniā primitiua causa huiꝰ egritudinis fuerit ex catarro. Et calefacere partē anteriorē capitis tēperate quocūq̄ modo fiat ꝓdest multū in hac egritudine. Sꝫ si causa huiꝰ catarri fuerit ex aere calido: oīno abstinendū est ab omnibꝰ predictis medicinis: nec sup caput aliqua que sint cōplexionis calide ⁊ sicce in excessu: sed sufficiunt ea que sunt tēperate complexionis: cū modica siccitate et aromaticitate: laborando ⁊ remouendo tussim toto posse: cognoscendo ꝙ totū quicquid comedit̄ ⁊ bibitur quando semel ⁊ absq̄ dilatione deglutitur more solito non peruenit virtus illius ad pulmonē: nisi per viam resudatiōis videlicet eo modo quo videt̄ in vasis recentibus terreis quando implent̄ aqua: quoniā tunc trapellando ⁊ resudationis p poros ipsoꝝ exterius ad modū roris effundit̄ atq̄ manat: ⁊ ꝓpter hoc ordinamus pillulas ad tenēdū continue sub lingua: ad h̄ ut medicamē ipsum paulatiue deglutiendo possit ad pulmonē deriuare: ⁊ virtꝰ harū esse debet ꝯfortatiua cū modica stipticitate ⁊ siccitate ptinens ad aliquā frigiditatē temperate. ¶ Confectio pillularū cōferentiū in hac egritudine. ℞. gūme arabice ⁊ dragg. seminis ⁊ citonioꝝ ⁊ antere. an. quartā partē. ʒ. vnius. terre sigillate au℥. ij. terant̄ vnūquodq̄ per se: ⁊ cribellentur ⁊ cōficiantur cū sirupo liquiricie: ⁊ fiant inde pille ad modū lupini: ⁊ teneant̄ in ore die ⁊ nocte deglutiēdo paulatiue ꝙ dissoluit̄ ex eis: ⁊ bibat ex his que superius diximus: abstinendo a motibus laboriosis ⁊ a vociferatōne forti: ⁊ a decubitu in locis duris ⁊ maxime qui non sunt assueti: eo ꝙ q̄diu infirmus iacet in lecto duro: vene ⁊ arterie cōprimunt̄: quare sanguis inde euacuatur ⁊ spargitur p totū corpus: ⁊ quia forma venarū tam pulsatilium q̄ nō pulsatiliū que sunt in pulmone cōtraria existit forme oīū aliarū venarū totiꝰ corporis: eo ꝙ vene pulsatiles que sunt in pulmone similes existunt oībus alijs venis non pulsatilibꝰ que sunt in toto corpore: in subtilitate: cū sint solūmodo vnius tunice ⁊ vene nō pulsatiles q̄ sūt in pulmone sūt duaꝝ tunicaꝝ ⁊ ꝓpter hoc arterie pulmonis citius scidunt̄. ⁊ exalantur alijs venis nō pulsantibus que sunt in pulmone. ⁊ hac de causa solutio continuitatis que fit in pulmone est prauior ⁊ difficilior valde periculosior ceteris alijs que fiunt in toto corpore. magis remota a liberatione. vel ipossibilis quare studiosus esse debes cū oī sollicitudine ad cōsolidationē faciendā cū hijs que diximꝰ. anteq̄ ad saniē habeat deuenire. cognoscēdo ꝙ si ad cōsolidationē huius vulneris pulmonis per te infirmus poterit deuenire. dignus erit laude ⁊ gloria valde ex hac cura. Et nō credas quod hoc vulnꝰ cōsolidetur ex proprio sanguine sicut vulnera alioꝝ mēbroꝝ fieri cōsueuerunt. sed si consolidatur non fit nisi post longū tempus Et postq̄ visum fuerit ꝙ cōsolidatio huius sit expleta ⁊ confirmata non debes desistere ab vsu medicinarū ad minus vsq̄ quo trāsacti fuerint. xl. dies. Et si nō cōsecutꝰ fueris intentionē tuā h̄ est qd̄ ad saniē conuertat̄ iā superius dictū est quid agere debes. Et iā audiui a patre meo ꝙ ad eū venit quidā ex officialibus hispanie qui patiebatur hanc egritudinē. s. ꝙ eiecerat sanguinē a pulmone. ꝙ pater meus studuit eū ⁊ fecit ei oīa que visa fuerant ei cōuenire in trī. ꝙ ad tantā conualescentiā deuenit. qd̄ putabat se esse liberatū integre ⁊ perfecte ⁊ incepit facere facta sua ⁊ agere oīa que cōsueuerat in sanitate sua. ⁊ pater meꝰ correxit eū iniungēdo ei a quibus se abstinere debebat ⁊ maxime ab vsu mulierū ⁊ a supfluo cibo ⁊ potu ⁊ a violētibus motibꝰ ⁊ laboriosis ⁊ ab equitatione equoꝝ qui sūt superbi robusti atq̄ fortes. Et ꝓcedente tēpore equitauit quadā die equā vnā ⁊ cursitauit eā violenter ⁊ eadem die reiecit de sanguine in magna quantitate. Quare ex h̄ ⁊ ex vsu mulieꝝ. ⁊ alijs erroribꝰ multis quos fecerat obijt in breui. Sed quā diu seruauit regimē sibi impositū sane vixit ⁊ bene fuit h̄ per septem annos.

¶ Capitulum. iij. de tussi que prouenit a mala cōplexione ⁊ oībus alijs speciebus.

Et scias ꝙ pōt in pulmone euenire ꝯplexio calida aut frigida vel sicca ex qua orit̄ tussis. Et cura huiꝰ est remouere illā malā cōplexionem: con-

uertẽdo infirmũ ad oppositũ illiꝰ qualitatis extranee. Et
iam fuit ꝙ quidã rex habebat tussim. Et nihil per ipsam
spuebat: vel eijciebat. Et cũ medicus suus vidisset ipsũ
precepit ei ut cũ fibulis suis clauderet scissurã capitij sui
anterioris: ⁊ ablata fuit ab ipso tussis incõtinenti. Et cã
tussis illius erat frigiditas que attingebat pectꝰ extius:
vñ pulmo inde lesionẽ recipiebat: ⁊ virtꝰ expulsiua cona-
bat̃ expellere illud nocumentũ ab illo membro. Quare h̃
tussis non erat nisi ex qualitate mala frigida. Et accidit
multotiens tussis etiã illis que sup̃flue exercitant̃ currẽ
do vel nauigãdo seu vogando ⁊ maxime si nõ sunt assue-
ti. Et causa huiꝰ est q: ex tali exercitio laborioso stomacꝰ
eoꝝ supercalefit ⁊ exiccat̃: ⁊ exiccant̃ etiã loca vnde aer in-
spirat̃: ⁊ ex tali siccitate procreat̃ tussis incõtinenti quẽad
modũ videre potes ꝙ accidit tussis subito illis qui odo-
rant cãphorã cũ fit frigida valde. Et põt etiã esse cũ tussi
illoꝝ qui sup̃flue fatigant̃ currẽdo vel nauigando disso-
lutio humoꝝ qui dissoluũt̃ a superfluo motu: ⁊ cadunt
vel descendunt ad pectꝰ vel ad pulmonẽ. Et ira similiter
ꝓmouet tussim duabꝰ de causis. s. caliditate ⁊ siccitate: et
cũ sciueris causam tussis: p̃mo studere debes in remouẽ-
do ipsã cũ suo opposito: ⁊ id qd̃ dixi tibi de rege habeas
ꝑ exẽplari in oĩbus. Et adhuc itero tibi id qd̃ supiꝰ dixi
⁊ scripsi in caplo pulmonis. s. ꝙ qñ ipsi vlcus supuenerit
⁊ curatꝰ fuerit: sicut diximꝰ ordinate possibile erit qd̃ viuet
sit diu: forsan ad vltimũ moriet̃ alia egritudine. Et põt
etiã tussis euenire sicut aliq ex antiquis ꝓtulerunt medi-
cis cã vermiũ qui assimilant̃ muscis qui oriunt̃ in pul-
mone: ⁊ ex illis fit tussis valida atq̃ fortis. Et cura huiꝰ
est trahere fumũ p cannã pulmonis: cẽtauree ⁊ aristologie
longe. Sꝫ hanc egritudinẽ nũq̃ vidi: tñ memorationẽ
facio de ipsa: sicut qdã antiq fecerũt medici. Et fit etiã tus-
sis qñ ꝓcreant̃ pori seu claui in mẽbris qui sunt ꝓpin-
qui pulmoni: ex quibꝰ cõprimit̃ pulmo: ⁊ inde sequitur
tussis. Et fit tussis etiã a tumore splenis ⁊ grossicie ipsiꝰ
⁊ h̃ nõ remouet̃ nisi remota cã. Et fit etiam ex apostemate
epatis ⁊ duricie ipsiꝰ. Qm̃ qñ est magnũ fit tussis: vnde
oportet dictã causam remouere. Et fit etiã ex pleuresi que
fit aut sub costis aut supra costas. Et etiã generat̃ tussis
ex hydropisi. Et fit similiter ex tumore stomaci q fit ex vẽ
tositate magna in ipso: vel ex sup̃flua repletione eiꝰ cibi et
potꝰ: que fit qñ patiens est gulosus: sp̃aliter qñ repletio
est talis ꝙ non inuenit stomachus vnde habeat expirare:
quare conatus stomachus expellere: ꝙ non potest sicut
apparet qñ aliquis ponit̃ in aliquo paruo loco vndiq̃ et
fortissime clauso ita ꝙ nõ habet locũ in quo possit se dila
tare ⁊ aerẽ ꝯuenientẽ inspirare: donec aperiat̃ locꝰ: ⁊ aer
ille inclusus ⁊ pessimꝰ euenit̃ ⁊ nouus ⁊ cõueniens in-
spiret̃: ⁊ istud simile accidit illi cui in vltimo stomachus
replet̃: quia quãdo sic est ẽt a stomacho nõ põt aliquid vo
mere nec superiꝰ eijcere donec a virtute digestiua aliqd di-
gerat̃: ⁊ inferiꝰ aliquid descendat: ⁊ inde spaciũ acquirat
stomachus: ⁊ hac de causa accidit tussis ꝓpter talẽ reple-
tionẽ ex vicinitate ipsius ad pulmonẽ ꝓpter cõpressio-
nẽ: ⁊ multotiens moriunt̃ hoĩes suffocati ꝓpter talẽ cau-
sam ⁊ fit etiã tussis ex subita mutatione aeris ad apposi-
tum sui. Et fit etiã tussis ex assumptione quarũdã rerũ
quaꝝ ꝓprietas est nocere pulmoni: sicut sunt fungi mali
qui nascunt̃ in pede seu ꝓpe radicẽ cuiusdã arboris qui
quidẽ arbor dicit̃ arabice belecaminũ. Et fit etiam tussis
causa mali pulueris. Hucusq̃ sufficiant que diximus de
egritudine pulmonis. Nunc autẽ intendimus determi-
nare de egritudine cordis.

Tractatus.xiij. de egritudinibus cordis.

Cap.primũ de egritudinibus cordis in generali.

E Oriunt̃ egritudines in corde aut a seipso:
aut ab alijs mẽbris. Qm̃ qñ passiones ge-
nerant̃ in quibusdã mẽbris patitur ex cõ-
passione ipsoꝝ: inde parua atq̃ grauia gene
rant̃ accidentia. Et iã scis ꝙ cor est p̃nceps
⁊ dñator in toto corpore: ⁊ virtutes eius sunt potẽtes: ⁊
opationes eiꝰ sunt manifeste apparẽtes. Et opinio ma-
gni ⁊ excellẽtissimi phi: ⁊ q sunt ex sua secta honorata est
ꝙ cor solũ est princeps inter oĩa mẽbra corporis ⁊ dñator
oĩũ: sed Ga. sentit q sit solũ princeps ⁊ p̃ncipiũ spũs vi
talis: eo ꝙ aĩal aliqd̃ nõ morit̃ nisi qñ deficit spiritus vi-
talis q est in corde. Et scias ꝙ creatio ipsiꝰ cordis ⁊ eiꝰ for
ma est excellens in bonitate oĩa alia creatõe ⁊ forma cetero
rũ mẽbroꝝ q̃ sunt in toto corpore: cũ sit solidiꝰ ⁊ densiꝰ reli
quis mẽbris oĩbꝰ: ⁊ est hñs duas vacuitates seu ꝯcauita
tes: quarũ principalior est q̃ est in latere eiꝰ sinistro: eo ꝙ
plꝰ habet ⁊ retinet de spũ vitali alia vacuitate ut ex eius
sub̃a exeant seu ꝓcedant arterie q̃ mouent̃ motu ꝯtinuo ⁊
nõ locali s̃m motionẽ ipsiꝰ cordis. Juuamẽtũ istiꝰ motꝰ ẽ
manifestũ in attrahẽdo aerẽ frigidũ ⁊ in expellẽdo calidũ
sup̃flue ⁊ fumosũ. Qm̃ nisi eẽt talis euẽtatio suffocaret̃
eiꝰ calor nãlis: ⁊ extingueret̃ in eo. Et a corde s̃m Ari. ꝓ-
cedunt motꝰ volũtarij ⁊ naturales eo ꝙ credit ꝙ epar ⁊ ce
rebrũ recipiãt influẽtiã ab ipso. Sꝫ mihi videt̃ ꝙ cor sit
nobiliꝰ ceteris principalibus. s. cerebro epate ⁊ testiculis
Et q: est nobilior ⁊ magis p̃ncipalis: ideo qñ vult fieri in
ipso añq̃ cõfirmet̃ morit̃ patiens oĩno ⁊ deficit.

Cap.ij. de tremore cordis q arabice dicit̃ altadeg.

S Cias ꝙ accidit in corde tremor sicut ⁊ in alijs mẽ
bris ꝯsueuit euenire. Sed ille q fit in alijs mẽ-
bris generat̃ a vaporibus ⁊ fumositatibus qui
ascẽdũt ⁊ attingũt musculos seu lacertos ⁊ cutim. Jlle vo
tremor q est in corde accidit ꝓpter multã repletionẽ q̃ est
in cor: ⁊ ab ipsa ꝓuenit motꝰ ille extraneꝰ ⁊ horribilis q dr̃
altadeg. Et cura huiꝰ est flõmia cũ multa extractione san-
guinis ⁊ postea ꝯfortare cor cũ illis q hñt ipsũ ꝯfortare:
sicut cũ margaritis ⁊ lingua bouina: ⁊ silibꝰ. Medicamẽ ad
h̃ ꝯueniẽs valde. Re. margaritaꝝ ⁊ sete crude: ⁊ seis basi
liconis gariofilati: ⁊ seis boraginis: ⁊ lingue bouine. an.
aur̃. x. corticis citroꝝ: scedes indi. gariofiloꝝ macis. an.
aur̃. iiij. pure ambre atq̃ pfecte. aur̃. ij. terat vnaq̃q̃ ha
rũ medicinaꝝ optime p se: sꝫ seta pius incidi debet minu
tim quãto plꝰ fieri põt: postea teri optime debet simul cũ
pelis: ⁊ demũ cũ alijs misceãt̃ medicinis: ⁊ postmodũ pul
uis oĩũ dictaꝝ malaxatur optime cũ aq̃ rosacea in para-
pside q̃ sit pfecte vitreata: ad vltimũ laminã auri puri ali
quãtulã grossã: ⁊ fiica super eã fortiter virgã puri auri
priꝰ lamina madefacta cũ aqua rosacea tãdiu donec vesti-
giũ auri in medicinis appareat manifeste abluẽdo dictã
laminã auri sup medicinas cũ optima aq̃ rosacea vel suco
pomoꝝ miscendo dictũ auꝝ cũ p̃dictis medicinis simul:
⁊ addẽdo huic recepte pondꝰ medietat̃ ipsiꝰ de electuario
pomoꝝ dulciũ ⁊ postea ꝯfice cũ sirupo facto de ligna bo
uina bñ cocto ꝯfectione bona: ⁊ ꝓpina infirmo de h̃ me-
dicamine oĩ mane ieiuno stomacho pondus aur̃. v.

Caplm.iij. de chardiaca.

H Ec egritudo euenit in corde: ⁊ est motus magis
impetuosus naturali: ⁊ fit aut ex causa extrinse-
ca velut a forti re: quoniã ab ipsa fit ebullitio va
lida ⁊ augmẽtat̃ calor in corde: ⁊ hec est p̃ncipalis cã ipsiꝰ
Et fit etiã accidentaliter a terrore: eo ꝙ qñ aliquis timet
superflue: non spargitur calor naturalis p totũ corpus:
sed constringit̃ intus ⁊ languens diminuit̃: ⁊ debilita-
tur: ⁊ ex tali constrictione trahitur sanguis ad cor simul
alijs humoribus: sicut apparet in rebꝰ extrinsecis: videli
cet qñ audit̃ in aliqua ciuitate rumor terribilis ex quo cõ
muniter pauescunt homies: quare oẽs trahunt̃ ad regẽ
tãq̃ ad radicem ad manutenendũ eum: ita et sanguis cũ

calore nāli ⁊ spiritibꝰ ⁊ cū alijs humoribꝰ trahunt ad cor ⁊ inde sequit̄ cōquassatio in cor ⁊ fit chardiaca. Et fit silr̄ ex sollicitudine nimia quā aliqs habet cā ꝓducendi aliquid ad effectū: ⁊ h̄ sollicitudo dupliciter diuidit̄: q2 aut vertit̄ circa vindictā faciendā: ⁊ h̄ ponitur ⁊ ꝯtinet̄ sub ira: vel erit sollicitudo cā acqrendi aliqđ magnū lucrū: vl' cā ꝯsequendi aliqd in quo multū delectet̄: ⁊ tūc dilatat̄ cor ⁊ spargit̄ calor nālis ⁊ spūs ad exteriora: in tm̄ ꝙ debilitat̄ cor ex illa inaīatōe: ⁊ sequit̄ inde chardiaca. Et fit etiā a sup̄flua debilitate virtutꝫ ita ꝙ ex quolibet leui motu vel labore chardiaca excitat̄: q2 scitū est certissime ⁊ manifeste ꝙ oīs motꝰ excitat calorē: maxime cum est fortis ⁊ subitꝰ: ⁊ si patiēs est debilis quilibet motꝰ q est in eo ē cū maiori difficultate ⁊ labore: eo ꝙ graue est debilē mouere: vn̄ nō fit nisi cū difficultate ⁊ labore: quare calor ī eo fortis efficit̄: ⁊ sic chardiaca generat̄. Cura huiꝰ egritudinis est regere eū cū cibis ⁊ potibꝰ tēperate: ⁊ odorare aromatica frigida q̄ hn̄t ꝯfortare mēbra principalia ⁊ spūs: sicut est myrta q̄ ꝯfortat sui nā ⁊ ꝯplone ⁊ rose: ⁊ sandali: ⁊ nenufar: ⁊ sirupꝰ de sandal' factꝰ cum tribꝰ partibus sui ex aq̄ rosacea: ⁊ tantūdē de aqua dulci: ⁊ ꝓpinatꝰ ei ad bibendū sufficit ei: ⁊ medulla citroloꝝ: ⁊ cucumeris sarraceni hn̄t curare hāc egritudinē sui ꝯplone: ⁊ ꝯfortando sui aromaticitate. Et est inuēta qualitas in hijs ad hāc egritudinē q̄ꝫ ignoramꝰ oino: sed expientia hoc certissime manifestat̄. Et generat̄ etiā aliqn̄ in corde sanguis adustꝰ: vn̄ fit cardiaca illa dicta ex natura ipsiꝰ ⁊ sui acuitate. Et orit̄ aliter chardiaca ex mordicatiōe q̄ fit in ore stomachi: qn̄ in ipso īuenit̄ humor mordificatiuꝰ vel acerꝰ ꝓpt̄ vicinitatē ipsiꝰ ad cor. Et hac de cā antiq noīabāt os stomaci cor. Et cū cognoueris in hac egritudine melācoliā habundare: ꝯforta cor cū hijs que p̄scripsimus de cōfortantibus cor: ⁊ margarite maxime hoc facere norūt. Et cura illiꝰ q̄ fit ex mordicatiōe oris stomaci est euacuare illū humorē ab eo cū vomitu vel solutione.

Cap. iiij. de aqua q̄ ꝯgregat̄ in marsupio cordis.

[e]T generat̄ aliqn̄ in marsupio cordis humiditas aquosa q̄ assimilat̄ vrine: ⁊ accidit ex hoc infirmo ꝯsumptio ⁊ diminutio carnis: paulatine sicut fit in thisi. Sed ego nūq̄ꝫ vidi hanc egritudinē nec curaui ipsā: nec inueni ꝙ Galienꝰ de eiꝰ cura aliquā fecerit mētionē: tm̄ si aliquid debet valere in h̄ casu: valēt ea q̄ sunt subtiliatiua ⁊ resolutiua ⁊ desiccatiua cū aromaticitate: sicut est aqua feniculi: ⁊ hoꝝ similiū.

Caplm. v. de pelliculis q̄ fiunt in marsupio cordis.

[g]Enerant̄ sigdē in quibusdā additiones in marsupio cordis q̄ sunt ad modū cartilaginū ⁊ pelliculaꝝ ad inuicē mixtis: sed nullus añ nos locutus fuit de hac cura. Tamē si aliqua medicamina possunt valere: erunt illa q̄ sunt subtiliatiua ⁊ dissolutiua ⁊ aromatica cum quadam humiditate.

Caplm. vj. de ethica cordis.

[h]Ec egritudo orit̄ in corde ex mala ꝯplone sicca que fit in ipso: ⁊ h̄ febris desiccat substātialē seu radicalē humiditatē que est in porositatibꝰ mēbrorū ꝯdēpsata ut cābiat̄ ⁊ pars mēbri fiat. Et cura huiꝰ ē si fuerit in principio ⁊ exiccitate sola cū rebꝰ humectatiuis ⁊ olfaciat poma aromatica ⁊ bibat lac capre medie etatis sicut exit ab vbere. Et ꝯtinuet intrare quotidie in tinā aq̄ dulcis tepidā ut non sudet. Sed si cū siccitate dicta caliditas fuerit: tunc magis ꝯfert odorare nenufar: ⁊ viole q̄ꝫ dicta poma. Et cū tractabo de ethica: laciꝰ de hac cura loquar.

Caplm. vij. de apostemate ꝙ fit in marsupio cordis.

[h]Ec egritudo cū accidit in marsupio cordis nō fit nisi ex cā calida: sed si medicꝰ fuerit studiosus ⁊ solicitꝰ valde ad hanc egritudinē remouēdā: poterit in breui curari: ⁊ h̄ flōmando euꝫ citissime minuendo de sanguine in maxima quātitate: ⁊ velociter postea infrigida ꝯplonē cordis ꝯfortando eū: ⁊ h̄ fit recipiendo de sirupo myrte partē vnā: ⁊ de sirupo sandaloꝝ ꝑtes quatuor: ⁊ tēpera cū aqua rosacea: ⁊ da bibere. Et ꝯtinuo fac eū odorare myrrā recentē ⁊ nenufar. Et si negligens fuerit medicꝰ aut tardus in hac cura: morit̄ infirmus in breui eo quod marsupiū est circūdans cor: ꝙ est mēbrū tam nobilissimū ⁊ principalissimū sicut scis. Hec autē que scripsi hucusq̄ꝫ de corde sunt ƀm sententiā p̄decessorū nostrorū medicoꝝ. Nunc aūt intendimꝰ dicere a nobis quedā que ab aliquibꝰ nō sunt scripta de eo. Et dico ꝙ quando infrigidat̄ cor vltra id qđ ꝯuenit sue complōni naturali sequit̄ inde in corpore tota pigricia ⁊ tarditas ⁊ debilitas in oībꝰ suis actionibus ⁊ opationibus. Et si cū h̄ siccitas p̄ualuerit plus eo q̄ꝫ sua natura exigit ⁊ requirit: erit patiens solicitꝰ atq̄ꝫ audax ⁊ nō pōt aliquid ꝙ sibi nō placeat sustinere. Et si cū dicta frigiditate prescripta siccitas in vltimo habūdauerit: nō solū dicta accidentia infirmꝰ patiet̄: verū etiā ei superueniet egritudo que arabice dicitur dubul: ⁊ latine nomiat̄ sinthesis. Et est qn̄ siccitas ꝓfundata ē tm̄ in membris qđ illa humiditas radicalis que parata est ad cambiū ut pars membri fiat consumitur ex toto ⁊ desiccat̄. Et ego vidi quēdā infirmū meū qui patiebat̄ hanc egritudinē cuius caro erat diminuta ⁊ consumpta in vltimo: ⁊ erat studiosus solicitus ⁊ curiosus in vltimo: ⁊ oino impatiens: ⁊ oēs actiones ⁊ operatōes suas agebat sicut in sanitate facere ꝯsueuerat: ⁊ permansit sic in hac dispositione donec fuit mortuus: ⁊ cā sue mortis fuit h̄. s. quia noluit intrare tinā aque calide: ⁊ ego prohibui sibi quātū potui: sed noluit me audire: ⁊ cū intrasset ī eā nō diu stetit ꝙ leuiter mortuus fuit.

Tractatus. xiij. de egritudinibus epatis.

Caplm p̄mū de epate ⁊ de tribus speciebus hydropisis.

[…]Cias qđ epar est vnū ex principalibus mēbris corporis: sed Aristoteles sentire videt̄ ꝙ opatōes ipsiꝰ ꝓcedāt a caliditate cordis: tm̄ sententia medicorū est ꝙ epar per seipsum ē principale: ⁊ operationes eius a seipso procedūt absq̄ꝫ influentia alicuius alterius mēbri in ipsum. Et ꝓpter hoc dicit ypocras ꝙ bonitas ⁊ hylaritas vite a sanitate ꝑfecta epatis habet euenire: ⁊ epar est fons ⁊ p̄ncipiū virtutū naturaliū: que sunt virtus attractiua: retētiua: digestiua ⁊ expulsiua: ⁊ hec virtutes influūt ab epate ad vniuersū corpus ⁊ in omnibꝰ mēbris: ⁊ ab ista influentia oīa membra singulariter dictas virtutes naturales habēt exercere: ⁊ nutrimentū mēbris totaliter assimiliare ⁊ eis vnire. Quare hee virtutes oēs ab epate procedunt ad oīa membra corporis: vnde si debilitas inuenit̄ in corpore in virtute mutatiua oriet̄ in eo egritudo ƀm illā debilitatē: sicut hydropisis cū suis tribꝰ speciebꝰ. Una quaꝝ dicit̄ carnosa in arabico halahami. Secūda vō dicitur asclites vel vtrosa q̄ arabice dr̄ cebli. Tertia aūt nominat̄ timpanites: ⁊ arabice vocat̄ zachi: ⁊ timpanites fit etiā quidē a debilitate epatis. Et ego tractabo de vnaq̄q̄ꝫ istaꝝ specieꝝ tractatu cōpleto: ⁊ īcipiemꝰ a carnosa q̄ a nobis dr̄ yposaracha. Et dicimꝰ ꝙ qn̄ debilitat̄ virtus digestiua epatis tūc nutrimentū efficit̄ crudū ⁊ indigestum ita qđ nō pōt in sanguinē ꝯuerti: ⁊ sic remanet flematicū. Et tu scis ꝙ quotiēscūq̄ꝫ secūda digestio q̄ ē in epate erit in digerēdo: qđ īpossibile est ꝙ cetera mēbra possint illud nutrimētū digerere: ⁊ in sui subām ꝯuertere ⁊ assimilare. Et postq̄ꝫ digestiua epatis deficit: ⁊ alia mēbra oīa de necessitate deficiunt: atq̄ꝫ errant in digerendo: ⁊ sic sequitur inde hydropisis que dr̄ ab yposartha. Sed tīpanites oritur qn̄ epar incipit digerere chilū: ⁊ nō pōt sufficiēter eū cōplere ⁊ imutare in oībꝰ suis qualitatibꝰ sicut cōuenit ꝓpter debilitatē sui: ⁊ nō pōt perfecte dissoluere qđ dissol-

uendũ erat: nec ꝑparate ad expellẽdũ ꝙ expellẽdũ ē. Quare cõuertit̃ in vaporẽ siccũ atq3 grossu3: qui quidẽ mittit̃ ad cõcauitatẽ ventris ⁊ inde efficit̃ in eo inflatio cũ duricie: eo ꝙ qñ debilitat̃ epar cõuertit chilũ ⁊ imutat ꝼm cõplexionẽ malã q̃ ei appropriat̃ in illa hora. Et h̄ ĩpossibile esset nobis dicere que qualis ⁊ quãta sit ista cõuersio: s3 scitũ est perfectũ atq3 cognitũ: ꝙ qlibet calor siue naturalis siue accidẽtalis: tã si fuerit extrinsecꝰ siue intrinsecꝰ: qui si inuenit rẽ aquosam in quã agat: cõuertit illã in vaporẽ ⁊ illud ꝙ est grossu3 in ea remanet: subtile aũt euaporat̃ ⁊ recedit. Epar aũt qñ ē in sua cõplexione naturali optima ⁊ ꝑfecta est cã vniuersalis ⁊ cõuersionis nutrimenti in oĩbus mẽbris ꝼm naturã ⁊ cõplexionẽ vniuscuiusq3 ipsorũ. Sed qñ debilitat̃ calor naturalis in eo ita q̊ nõ põt hanc oꝑationẽ cõplere a3ere: generant̃ inde vapores multi q cõuertunt̃ ⁊ coadunantur in cõcauitate ventris: ⁊ fit hydropisis q̃ dicit̃ timpanites. Et ꝓ maiori parte est hec egritudo cũ grossicie ⁊ duritie splenis magna: eo ꝙ quãdo epar nõ agit in substãtiã nutrimẽti id ꝙ debet de sui ꝓprietate ⁊ natura: hoc est mutare dictã subam in rẽ aliã que oĩmodo in oĩbꝰ assimilet̃ sue sube ⁊ q̃litati. Et qñ h̄ oꝑatio erit a nã v̄sus aliquã ꝑtẽ caliditat3: tũc supcalefit nutrimẽtũ ⁊ adurit̃ ⁊ nã illud mittit ad splene3: eo ꝙ oẽ adustũ ꝑtinet ad melancoliã: ⁊ sic inflat̃ splen atq3 tumescit: ⁊ hac de cã ꝓ maiori ꝑte nõ iuenies tĩpaniticũ absq3 egritudine ⁊ tumore ⁊ inflatiõe splenis. Sed hydropisis siqdẽ asclites generat̃ qñ nõ pñt renes abstrahere aquositatẽ q̃ generat̃ in epate cũ sanguine q̃ ꝯsueuit descẽdere ad renes ꝑ vias vrine q: cũ remanet in epate cũ sanguine repudiat̃ a mẽbris: vnde sanguis ille aquosus ab ipsis mẽbris expellit̃ ad vẽtris cõcauitatẽ: ⁊ inde fit asclites. Nota tñ ꝙ si h̄ error fuerit p̃ncipaliter ab errore ⁊ debilitate epatis: nõ potentis sequestrare purũ ab ĩpuro: ⁊ spãliter aquositatẽ dictã. Fit p̃mo hydropisis q̃ dr̃ hyposarcha: et secũda. s. absclites a debilitate ⁊ egritudine renũ h3 ꝓuenire. S3 ꝯsiderare debes vtrũ illa egritudo vel debilitas renũ fiat vel ꝓcedat ab epate: vel sit cã alicuiꝰ ꝓprie egritudinis q̃ est in ipsis renibꝰ: ꝙ si peccatũ nõ fuerit in epate sed est sanũ oĩno: ⁊ debilitas ⁊ egritudo fuerit in ipsis renibꝰ: tũc principaliter fit hydropisis q̃ dr̃ absclites. Et debilitas qdẽ virtutis epatis euenire põt a mala cõplexione q̃ fit in ipso. Quoꝝ spẽs. viij. sunt sicut est manifestũ: q̃tuor. s. simplices: ⁊ q̃tuor cõposite. Et cura vniuscuiusq3 est reducere epar ad suam complexionẽ naturalem cũ quibꝰ ꝯuenit. S3 debilitas epatis q̃ fit ab egritudine que est in ipso corꝑe epatis est opilatio vel apostema. Et apostema est egritudo cõposita ex cõsimilibꝰ ⁊ officialibꝰ. Cura siqdẽ opilationis est cũ aptiuis: apostematis vero cũ remouẽtibꝰ cãm ipsiꝰ. Et accidit etiã in epate durities cã potationis aque frigide vltra debitũ: vel debilitas virtutis ipsiꝰ cã vsus aceti suꝑflui. Et cura duriciei q̃ fit ab aqua frigida nõ est solũ cũ calidis simpliciter: imo idiget cũ eisdẽ q̃ sint cõfortãtia stiptica ⁊ aromatica: sic camomilla ⁊ floꝝ rosarũ ⁊ similia. Et nota ꝙ spẽs hydropisis sic cõponi: misceri pñt ad inuicẽ quẽadmodũ ⁊ spẽs febriũ sit cõponunt̃. Quare si medicꝰ subtiliter ⁊ studiose ꝑspicatus fuerit in cognitõe simplicis: leuiꝰ poterit cognoscere cõpositã ab eadẽ. Et qui curã simplicis ꝑfecte sciet opari nõ absq3 difficultate ⁊ curã cõposite optime sciet exercere.

¶ Confectio cõueniẽs valde ad hoc.

Re. lacce lignoꝝ mũdate floꝝ camomille ⁊ rosaꝝ: cinamomi electi: mastic: gariofi. ⁊ sticados. an. ʒ. i. feis lini modicũ vstulati: oliuarde. i. ruta capria: acreuan. i. scolopendria. an. ʒ. ꝭ. Terat̃ vnaq̃q3 istaꝝ ꝑ se ⁊ cribellet̃ subtilit̃ ⁊ cõficiant̃ cũ sirupo de charscaina ⁊ ꝓpina patiẽti oĩ die ieiuno stõ ex ipso aur̃. v. vel circa illud ⁊ inunge epar cũ istis oleis eq̃liter mixtis. s. de alchoca: ⁊ de iasemino: ⁊ de granis viridibꝰ ⁊ ciba eũ pane bene fermentato cũ turturibus ⁊ passeribꝰ ⁊ pullis ꝑdicũ elixatis in aq̃ ⁊ sale. S3 si debilitas epatis fuerit ex vsu aceti suꝑfluo: tũc cura illiꝰ ē sirupꝰ iste. Re. passolaꝝ enucleataꝝ ⁊ ligricie mũdate. an. libraꝝ. ꝭ. pauichald. ã. carsene ⁊ gafet: ⁊ oliuarde an. ʒ. iij. masticis. ʒ. i. cõq̃ssent̃ quelibet ꝑ se: ⁊ diffundant̃ oĩa in sufficiẽti aq̃ ꝑ noctẽ vnã: mane aũt bulliãt lẽto igne vsq3 ad cõsũptionẽ medietatis: ⁊ colent̃ exprimẽdo fortiter et optime ⁊ adde huic colature 3uchari. libras. x. ⁊ mellis libras. v. ⁊ decoquãt̃ vsq3 ad spissitudinẽ sirupi: ⁊ da patiẽti de isto oĩ mane ieiuno stõ. ʒ. ii. cũ. ʒ. vi. aque dulcis tepide: ⁊ cũ aur̃. v. mell̃. rosacei. Et inunge epar cũ oleo d̊ granis viridibus: ⁊ camomillo an.

¶ Capitulũ secundu3 de apostemate epatis.

Eoritur qñq3 in epate apostema. Q̊ si fuerit in suba sue carnositatis: ⁊ ad saniẽ deuenerit: nõ spero ꝙ infirmꝰ inde ĩ perpetuũ possit liberari: eo ꝙ epar est mẽbrũ p̃ncipale ⁊ fons potẽtissimꝰ: vnde qñ taliter patit̃ p̃uãt̃ eiꝰ virtutes oẽs ⁊ destruũt̃ ⁊ sequit̃ velociter mors.

¶ Caplm. iij. de opilatione epatis.

Cura huiꝰ egritudinis est apire opilatiões ipsiꝰ cũ decoctiõe oliuarde: panicald ⁊ scolopẽdrie ⁊ filibꝰ ⁊ succ in feniculi est maximi iuuamẽti in h̄ casu.

¶ Capitulũ. iiij. de dolore epatis.

Eorit̃ aliqñ in pãniculo epatis extensio sicut in alijs mẽbris cõsueuit euenire: vnde sequit̃ dolor fortissimꝰ q̃si intollerabilis: ⁊ apparet patiẽti q̊ epar sit ꝙ doleat. Et est sensus huiꝰ pãniculi acutissimꝰ ꝓpt̃ multitudinẽ paruoꝝ neruoꝝ in ipso ꝯtextoꝝ. Ego aũt passus fui hũc dolorẽ ⁊ curaui me iungẽdo locũ cum oleo de vitellis ouoꝝ ⁊ nucũ eq̃liter mixtis ⁊ liberatꝰ fui in ipsa die: sed factꝰ fui inde ytericꝰ. Et de ipsa inferiꝰ loquar domino concedente.

¶ Caplm. v. de egritudinibꝰ splenis.

Scias ꝙ splen est mẽbrũ ꝙ h3 a se trahere suꝑfluitates melãcolicas ⁊ trahẽdo illas nutritur ex subtiliori ⁊ puriori ꝑte ipsaru3. Et generant̃ in ipso q̃nq3 egritudines sicut in alijs mẽbris fieri cõsueuerunt. Et nõ est splen ex mẽbris p̃ncipalibꝰ corꝑis: nec h3 multas oꝑationes in corꝑe exercere nisi q: trahit ad se suꝑfluitates grossas sicut renes trahũt subtiles ⁊ aquosas: ⁊ istõ mẽbrũ augmentat̃ ⁊ ingrossat̃ multũ. Et cura huiꝰ ē cura supascripta in epate. Et scire debes q̊ splen sustinere põt fortiores medicinas valde ipso epate. Et nõ tradas hec obliuioni. s. qñ vis dare medicinas ꝓ splen. ut admisceas eis ſꝑ ea q̃ habeãt acetositatẽ: eo ꝙ istud mẽbrũ ꝓprie nutrit̃ istud sapore: ⁊ ꝓpter hoc attrahit acetositatẽ ⁊ rapit cã violẽter: ⁊ hac de cã miscẽda sunt acetosa medicinis splenis ut differãt virtutes eaꝝ citissime ad ipsum ⁊ acetum habet dictas medicinas citissime ipsi spleni ferre ⁊ deportare. Et iã est notum ꝙ qñ ingrossat̃ splen in tñ ꝙ nõ põt ad se trahere grossiciẽ sanguinis atq3 eiꝰ fecẽ remanet tũc dicta fex cũ sanguine ⁊ spargit̃ ꝑ venas ĩ vniuersu3 corpꝰ ⁊ alterat̃ inde cõplexio epatis ⁊ debilitat̃: et ex ipsa debilitate sequit̃ vna ex speciebꝰ hydropisis vel plures. Et de hydropisi ⁊ suis tribꝰ spẽbꝰ supiꝰ breuiter ꝑtrãsiui: nũc aũt intẽdo cõplere tractatũ. Cõfectio sirupi ꝯferẽs valde duriciei ⁊ magnitudini splenis. Re. camomille ⁊ corticis radicis tamarisci: oliuarde al's. gafec. thumeni: al'. sticados ⁊ iabade ⁊ flazia: al'. capillis veneris: ⁊ scolopẽdrie ⁊ asarabachara. an. ʒ. i. rubee cintoris. ʒ. ꝭ. radicis de balzaru. ʒ. i. corticis radicis feniculi: ⁊ cortic: radicũ caparis. an. aur̃. v. masticis aur̃. iij. croci aur̃. i. liqricie mũdate põdꝰ medietat3 oĩu3 p̃dictaꝝ medicinaꝝ cõquassent̃ q̃ sunt cõq̃ssanda ꝑ se ⁊ infundãt̃ nocte vna in xxiiij. libris aque calide ⁊ mane bulliant lento igne vsq3 ad cõsumptionẽ medietatis aque ⁊ colent̃ fortiter exprimendo: et illi colature adde. viij. libras mellis dispumati. ⁊ libras. ij. 3uchari et bulliãt iterũ lento igne donec incipiãt inspissari: ⁊ tũc adde aceti vini fortissimi libras. ij ⁊ bulliat vsq3 ad inspissitudinẽ sirupi: ⁊ reponãt̃ in vase vitreo: ⁊ cũ opꝰ fuerit da eo patiẽti ab. ʒ. i. vsq3 ad. ij. mane ieiuno stomaco cũ ter tãto aque dulcis calide: ⁊ cũ duo

bus auī.mellis roſacei:⁊ cibeť cibis ſubtilibꝰ⁊ de carni-
bus denť ei pulli parui et colūbini:⁊ ſi vis dare ei galli-
nas vna die dabis ⁊ alio nō:⁊ rege eū taliter donec fuerit
liberatus. Et emplaſtrū iſtud iteꝝ ſpleni ſupponať: qm̄
ꝯfert valde. Re.radicis tamariciſ⁊ camomille:⁊ floꝝ nar
ciſſi⁊ floꝝ d̕ iaſemini an.ꝑtes eq̄les:radicis caparis q̄rtā
ꝑtē:farine ordei vel ſpelte quātū ē q̄rta pars oīuꝫ medici
naꝝ et incorporenť cū aceto ⁊ aqua equaliter mixtis ⁊ po
ne calidū ſuꝑ ſplenē:⁊ ligas ꝑ h̕ emplaſtrū folia viridia fi
cus:⁊ comedat infirmꝰ an̄ cibū pomitella caparoꝝ.poſtq̄ꝫ
fuerint madefacta in aq̄ cū ſale ⁊ aceto qm̄ ſunt magni iu
uamēti in hac egritudine:et teneat dictū emplaſtrū in no
cte ⁊ in die:inungať bis cū oleo de lilijs et roſeaceo. Sci
endo ꝙ aliqñ h̕ egritudo certificať ꝑ vrinā turbidā quan
do mingiť in quātitate magna. Et h̕ ideo.q2 qñ ſplen nō
pōt trahere dictā ſuꝑfluitatē ad ſe remanet cū ſanguine et
expelliť inferiꝰ ꝑ vrinā. Et aliqñ dicta ſuꝑfluitas expel-
liť a nā ad cutim exterioreꝫ corporis: ⁊ fiunt ibi veſtigia
nigra lata vel coloris violacei et incōtinenti poſt appari
tionē dictoꝝ veſtigioꝝ remouenť durities⁊ groſſicies ſple
nis:et h̕ vidi pluries ꝓprijs oculis:ſicut multotiēs vi-
di ytericiā citrinā in cute fieri qñ colera exteriꝰ expelliť ad
ipſam:et quando iſte humor ꝑ ſeceſſum emittiť non cura
tur ab omnibus:ſed quādo in cute apparet:tunc ad me-
dicos currūt velociter pre timore.

Capl'm.vj.de ytericia citrina.

Hec egritudo in corpore generať qñ colera ſiml'r ex
teriꝰ ad cutim expelliť: et vertiť color eiꝰ ſimilis
coloris citri et albū oculi ſil'r. Tū cōſiderare de-
bes vtrū h̕ patiens priꝰ pateret acutā febrē vel nō:et ſi pa
tiebať vide ſi poſt iſtā expulſionē remaneat alleuiatꝰ a fe-
bre vel nō:aut ſi erat priꝰ ſine febre: ſed apparēte yteritia
fuit febris:et iterū ſi erat cū febre:ꝯſidera vtrū dicta yteri
cia apparuit an̄ ſeptimū diem vel poſt. Qđ ſi in ſeptima
die euenerit:ſpa bonū de infirmo:eo ꝙ facta eſt iſta expul
ſio poſt digeſtionē materiei. Qđ ſi apparuerit dicta yteri
cia in principio febris:timendū eſt de infirmo ne habeat
apoſtema calidū in epate:vel in ſuis pelliculis. Et qñ ſic
eſt oēs humores ad epar deriuātes in colerā conuertunť
et inde color totiꝰ corpis inficiť atq̄ꝫ intingiť ab eadē. Et
cū fueris certificatꝰ ꝙ h̕ apoſtema eſt in epate ꝯfirmatum
fac tūc oīno patientē abſtinere ab oī re calida atq̄ꝫ dulci:
ab oleo oliuaꝝ et ab oī pīguedine et vētuoſitate:q2 ſi dede
ris ex iſtis aliqd interficies infirmū oīno. Et ſtudeat po-
tare eū aqua cucurbite.et ciba eū panata decocta in aqua
ipſiꝰ cucurbite nō admiſcēdo ei ſpeciē aliquā niſi coriādrū
vel ſucū. Qđ ſi virtꝰ fuerit debilis dabis ei cucurbitas co
ctas cū ꝑdicibus:et infrigida eas in puteo vel niue. Et ſi
certꝰ fueris ꝙ in epate nō fuerit apoſtema: ꝯſidera ſi opila
tio aliqua fuerit in canali: ſeu meatu ſuperiori vel inferio
ri ciſtis fellis vel veruca ſeu pūſtula in aliq̄ ipſoꝝ gene-
rata. Qđ ſi fuerit tunc colera extendiť atq̄ꝫ ſpargiť ꝑ totū
corpꝰ cū ſanguine,⁊ membra ſui acuitate ⁊ amaritudine
repudiāt ipſam ⁊ expellūt eā ad cutim: ꝙ eſt mēbrū debi
le et eſt membrū creatū a deo ſublimi ad defenſionē corpo
ris totiꝰ: ſed expelliť in eā a natura ꝓpter meliꝰ. Et cum
ſciueris nō fuerit in epate ſed eſt in aliquo predictoꝝ ca-
naliū fellis: regēdus eſt infirmꝰ ſicut diximꝰ addēdo et mi
nuendo ꝓut tibi videbiť expedire: faciēdo tñ curā blādaꝫ
atq̄ꝫ gerā donec dicta puſtula fuerit digeſta vel diſſoluta
Et ſi veruca fuerit ibidē īpoſſibile ē ꝙ diu moreť qn diſ-
ſoluať vel corodať: cū colera quotidie inde tranſeat et ſui
acuitate habet ipſam diſſoluere rodere et deſiccare. Sed ſi
yteritia fuerit ex liberatione colere que ꝓpter ſui multi-
tudineꝫ et habundantiā ſpargitur ꝑ totum corpus: que
habūdantia facta eſt ex multa comeſtione rerum calidarū
ſicut mellis et ſimilium. Tunc cura eius eſt leuis quia
non indiget niſi frangere caliditatem corporis totius et
hoc cū aqua cucurbite ⁊ citroloꝝ ⁊ anguriaꝝ:⁊ cū aqua ro
ſata ꝓpinando ei predicta ad bibendū poſtq̄ꝫ fuerint in-
frigidata in niue vel in puteo. Et da ei ad comedēdū len
tes decoctas in aqua cucurbite: ⁊ aceto qm̄ eſt cibꝰ in hoc
caſu valde vtilis ⁊ perfectꝰ. ⁊ fit etiā ytericia ex potu ali-
cuiꝰ rei malitioſe. Sicut accidit azir filio ali q erat conceſta
bilis regis qui miſit pro me: ut ad eū ſibilie ire deberē: et
inueni eū glaucū in corpore toto. Et cōſiderādo cū oī ſolli-
citudie ſuꝑ negotio graue mihi valde videbať īueſtigare
⁊ certificare me de cā huiꝰ egritudinis:⁊ hac de cā nō aude
bā ei curā adhibere. Et ꝯſiderando p̄cedentia infirmātis:
nō videbā ꝙ ex ipſis iſtud accidens habere debuiſſet: eo
ꝙ in eodē inſtanti in quo habuit ytericiā: habuit ſimiliť
⁊ caſum appetitꝰ. Cogitaui ꝙ bibit ⁊ comedit rē veneno
ſam de natura cuiꝰ erat cōuertere cōplexioneꝫ corporis to-
tiꝰ incolūm. Et dixi ꝙ h̕ cōuerſio erat ex ꝓprietate rei di-
cte ⁊ nō ex ſua cōplexione: q̄re cōuerſus ad deū cōfidēs to
taliter in eū rogaui ut ei minime plus nocumenti inferre
poſſem q̄ꝫ illud ꝙ habere videbať. Dedi ergo ei ad potā
dū pondꝰ triū granoꝝ ordei de belzchard Gloſa.

Nota q̄ꝫ magis ꝓpriū belzahard ⁊ vtiliꝰ ceteris eſt
illud ꝙ ꝓpe oculos ceruoꝝ oriť in partibꝰ oriētis tali mo
do. Sciēdū eſt ꝙ cerui magni illiꝰ partis comedūt aliqñ
ſerpētes ut fortes fiant:⁊ an̄q̄ꝫ recipiāt inde nocumentū
currūt ad flumia dulcia ⁊ intrant intꝰ tm̄ donec aq̄ attin
gat eis vſq̄ꝫ ꝓpe os:⁊ totū iſtud documētū habēt a natu
ra:⁊ tm̄ morant ſic abſq̄ꝫ vlla potatione aque. Qđ ſi bibe
rent aliqd de aqua morerenť citiſſime donec oculi eoꝝ in-
cipiūt lachrymare:⁊ illa lachryma inuiſcať ⁊ coagulatur
ſub palpebris ⁊ intm̄ ſic morant:⁊ oculi tm̄ ſic lachrymā
tur donec illa lachryma creſcit ⁊ augmentať ad quātitatē
caſtanee vel nucis:⁊ cōſentiūt venenū receſſiſſe nocumē-
tū:exeunt inde ⁊ vadunt viā ſuā ⁊ illa lachryma ſic indu
rata ut lapis fricando cadit:⁊ inueniť ab hominibus: et
eſt bezcard perfectius ⁊ vtilius ceteris bezcard. Dedi
cū.℥.v.aque cucurbite. Et poſui aquā cucurbituꝫ ad re-
primēdū furioſitatē illiꝰ caliditatis acq̄ſite: ⁊ bezacahard
ad expellendū venenū:⁊ ſic poſui cōpl'onē cucurbite frigi-
dā ꝯ ꝯpl'onē calidā patientis:⁊ ꝓprietatē bezcard ꝯ q̄lita
tē ⁊ ꝓprietatē veneni:⁊ ſic inde ꝑfecte fuit liberatꝰ. Unde
ex hac cura fui mirabiliter cōmēdatꝰ. Et q viderūt ⁊ au-
dierūt venena ꝓ nihilo reputabāt faciēdo illud. Et iam
ſciuiſti ꝙ antiq medici dixerunt ꝙ yteritia q̄ fit in princi
pio egritudinis ē mala valde: eo ꝙ fit an̄ digeſtionē ma-
teriei. Sꝫ ego dico ꝙ eo q2 yteritia fit ex humore acuto eē
debet velocis motꝰ in oībꝰ ſuis actionibꝰ ⁊ paſſionibꝰ vñ
nō videť eſſe lōginquū nec extraneū ſi recipit digeſtionē
in ſecūda die ⁊ magis in quarta: ⁊ maxime in iuuētute ⁊
in regione calida ⁊ in tp̄e calido:⁊ qñ flant vēti oriētales
vel meridiani. Et iā huc uſq̄ꝫ locutꝰ ſū de yteritia ꝓut
mihi videť ſufficiēť. Nūc aūt intēdo tractare de exclama
tione ⁊ ſciſſura ſifac.⁊ exitꝰ inteſtini qđ eſt ſupra ventrē.

Tractatꝰ.xiiij.de egritudinibꝰ q̄ fiunt in ſifac.

Capl'm.j.de ſciſſura ſifac ⁊ exitus inteſtini.

Capl'm.ij.de vulnere ꝙ fit in ſifac ⁊ ventre.

Incipit capl'm primū de ſciſſura ſifac.

Sifac aliqñ ſcindiť aut ex ꝑcuſſione facta cū li
gno vel lapide vētre repleto exiſtente: aut ex
ſaltu valido poſt repletionē: vel ex īpetuoſa
et ꝯtinua tuſſi aut ex ſuꝑfluo pōdere ⁊ horū
ſimiliū. Et ſcias ꝙ qñ ſcindiť ſifac q̄ꝫuis in
principio ſit parua ⁊ modica quotidie augmentať ⁊ dila
tať:⁊ in tm̄ ſic multiplicatur donec inteſtina exeant: non
habēs qd ſuſtētet ipſa niſi cutis exterior:⁊ inde ſequiť do
lor ventris ⁊ rugitꝰ ⁊ diſpoſitio infirmi tota mala efficiť
⁊ maxime illis q vtunť exercitijs laborioſis: ſic ē eq̄tatio
⁊ curſus equoꝝ:⁊ oꝑatio arciū q̄ fiunt cū difficultate ⁊ la-
bore magno et ſimiliū. Quare in iſtis q laborioſe et quoti
die ſic exercitanť quotidie dilatať in eis ſciſſura. Cura āt
huiꝰ egritudinis eſt quies ſpāliter illis q hanc ſuſtine-
re poſſunt cū modico cibo et potu et ꝯtinuo iaceant ſuper
dorſuꝫ abſtinēdo a forti vociferatiōe. Et ſi tuſſiunt abſti-

nere ab ipſa toto poſſe. ⁊ ſtudeant ut eã quietã faciant atq₃
lentã. euitãdo ſternutationẽ quantũ poſſunt. Et poſtmo
dũ reducaẽ iteſtinũ in locũ ꝓpriũ ligãdo deſup emplaſtrũ
ſtipticũ cũ tñ groſſe ſubſtãtie nimis, ⁊ cõtinuãdo optime
oĩa iſta poſſibile eſt ꝙ liberetur deo dante. Sciendũ tñ ꝙ
conſolidatio huius ſifac eſt difficilis valde. ⁊ q: eius ſitus
eſt in loco humido valde. ⁊ cũ mouetẽ. corp⁹ ſemꝑ cũ eo mo
uetẽ ⁊ ꝯquaſſatẽ ſifac. Ego autẽ tẽpore meo vidi quẽdã ami
cũ meũ qui paſſus fuit hanc ſciſſurã. ⁊ receſſit ab eo hac de
cã poſſibilitas exercendi oĩo oĩum que agere conſueuerat.
Et erã tunc iuuenis Et cũ illa ſuperuenit ei dolor valid⁹
in ventre cã multe comeſtionis vuarꝫ ⁊ pomorꝫ: ⁊ iteruꝫ
in toto corpore acutiſſimos habuit dolores ita ꝙ nullate
nus poterat ſe mouere. niſi cum difficultate ⁊ labore maxi
mo. Studui ergo circa eũ in remouendo dolores: ⁊ prece
pi ei vt minime cõmedere deberet. niſi modicũ panis bo
ne fermẽtati cũ paſſeribus decoctis in taffea: tã diu decoc
tis donec carnes eorꝫ diſſolui ab oſſibus videanẽ. Et ſic te
nui eũ cũ iſto regimine iacendo ſupinus per duos mẽſes
ita ꝙ nõ poterat orare more ſarracenorꝫ niſi in corde ſuo. ⁊
ſic remoti fuerũt dolores remota materia eorꝫ ⁊ liberatus
fuit ab eis integre ⁊ perfecte. Et remotis doloribus cepi
laborare circa rupturã ſed feſſus ⁊ fatigatus pre longitu-
dine tẽporis dimiſi eũ pcipiẽs ei vt quieſceret tẽpore lon
go iacendo ſupinus ⁊ ſic ſtando cũ dicta modica ac ſubti-
li. rediit inteſtinũ in locũ ſuũ permanens vacuũ. ⁊ ſic con
ſtricte fuerũt partes ⁊ conſolidat⁹ fuit pfectiſſime abſq₃ cu
ra alia. Et ꝙ rememorat⁹ ſum de iſto. non feci niſi vt ſit
exemplum aliis cum contingerit caſus ſimilis.

Capitulum ij. de vulnere ventris.

Quando autem in ventre fit vulnus ex ferro ligno
vel lapide. ita vt zirbus inde exeat. tũc pmo me
dicus laborare debet. vt ipſum zirbũ intus remit
tat ⁊ redire faciat ⁊ ſi ſuper ipſuꝫ apparuerit puluis vel pi
lus vel ſegatura alicuius ligni primo eſt optime ablue n-
dus cuꝫ aqua tepida. ⁊ poſtea quiete int⁹ reponatur. Et ſi
aliqua pars zirbi denigrata fuerit vel corrupta incidaẽ ⁊
cũ filo ſete ſuatur. ⁊ ponatur intus. ponẽdo ſup ſuturam
ea que habent cõſolidare ſubtiliando regimẽ vt ſuperflui
tates minime ibi poſſint habundare. Quod ſi ex vulnere
ſanguis in quantitate multa nõ emanauerit. fac infirmũ
ex baſilica que arabice dicitur balbackal. flobotomare. qñ
eſt cura generalis in oĩbus vulneribus prohibẽs fluxuꝫ
humorũ ad locũ vulneris. Et ſic ex vulnere inteſtinũ exie-
rit abſq₃ vlla lexione ſui. tunc ſtudeas cũ omni feſtinatio
ne ⁊ ſollicitudine vt ipſum leniter atq₃ plane redire faciaẽ
eo ꝙ ſi aliquã morã extra faceret. inflaret ⁊ nõ poſſet poſtea
redire vnde exiuit. Quod ſi ex mora forſam ad inflationẽ
deuenerit. habeas tũc aquã dulcẽ calefactã tepidã in vlti
ma tẽperantia Et ſparge ipſam ſuper orificiuꝫ vulneris
vicẽ poſt vicẽ. donec inflatio remoueatur. poſtea cũ oĩ pla
nicie ⁊ ſuauitate labora vt ipſum intus redire facias. inũ
gendo ei quietẽ ꝯtinuã: ⁊ vt abſtineat ab oĩ vociferatione
clamoroſa: ⁊ a ſupfluo cibo ⁊ potu. Et cib⁹ ei⁹ ſit. cui⁹ mo-
dica quãtitas multũ nutriat. ⁊ ſufficiet ei in cibo duo te-
ſticuli galli decocti in taffea. Et ſtudeas in remotione hu
morꝫ ⁊ in elongatione ipſorꝫ a loco vulneris. ⁊ inũge par-
tes que remote aliquãtulũ a vulnere in circuitu cũ oleo ro
ſaceo odorifero atq₃ aromatizato. ⁊ nõ moueaẽ infirm⁹ vſ-
quequo vuln⁹ fuerit conſolidatũ. Sed ſi cũ vulnere pfo-
ratũ fuerit inteſtinũ ⁊ fuerit ex gracilib⁹ ipoſſibile eſt meo
iudicio vt libereẽ ⁊ conſolidetur. Quod ſi fuerit in groſſis
impoſſibile erit vt viuat infirm⁹. Et ſi ſola vna ex pelli-
culis inteſtini fuerit perforata vel exlaniata. poterit inde
bene liberari deo dante. Et ſi vltra fuerit perforatũ. diffi
cilis erit cura atq₃ grauis. ⁊ poſſibile erit forſan vt viuat
infirmus. ſic in iſta diſpoſitione. Sicut viſuꝫ eſt ab hoĩb⁹
de quibuſdã aĩalib⁹. Et vidi tẽpore meo hoĩeꝫ a quo ſter
cus per vuln⁹ exiebat qui vixit ſic in iſta diſpoſitione ma
la longo tẽpore faciendo facta ſua. ⁊ aquirebat vnde viue-
bat quãuis male ⁊ cũ difficultate. Hucuſq₃ ego decla-
raui ſub breuitate accidentia huius mẽbri. Nunc autẽ in
tendo determinare de accidentibus ſtomachi.

Tractatus xv. de paſſionib⁹ ſtomachi.

Incipit capitulũ primũ de ethica ſtomachi.

Hec egritudo qñ accidit alicui. primo deſiccaẽ
ſtomachus paulatiue. ⁊ ſubtiliatur corpus
eius in tñ: donec ad ſubtilitatẽ pãni deue-
niat. ⁊ debilitatur inde ſtomach⁹ ita qð non
poteſt cibũ digerere. Et hac de cã primo in-
ter egritudines ſtomachi de iſta volui pertractare q: me-
dicis oculta valde eſſe probatur. Attende ergo in cura hu
ius egritudinis ⁊ caue ne vtaris aliquo modo in hoc caſu
confortantibus ſtomachũ cognitis qui habeant ſtipticita
teꝫ. ⁊ ſiccitatem. Ne forte ſtomachus ab eis ſuperfluã reci-
piat calefactioneꝫ. Signa quoq₃ huius egritudinis ſunt
hec. ſ. abſentia vomitus. ⁊ ꝙ in ſomno nullã eicit humi-
ditatem ex ore ⁊ debilitas ⁊ caſus appetitus :: ⁊ debilitas
maxima digeſtiue: ita quod in ſtercore ipſius nulla dige-
ſtio eſſe reperitur. ⁊ eſt abſq₃ malo odore ⁊ in tñ pmanet
imutatus ꝙ aſſimulaẽ cibis cõmeſtis. nec habet patiens
eructatiões. ⁊ ſi aliqñ eructat. illud facit debiliſſime. ⁊ ſen
tit nocumentũ a cibis deſiccatiuis: pulſus vero ipſius eſt
durus ⁊ paru⁹. ⁊ abſq₃ diuerſitate ⁊ variatione. Et cũ hec
ſigna in aliquo apparuerint: cert⁹ eſto ꝙ eſt macies ⁊ ethi
ca ſtomachi. ⁊ maxime cũ dormierit infirm⁹ ſupin⁹: ſi ap
paruerit cõcauitas in loco ſtomachi: tũc infirmus eſſe de
bes in illa oppinione oĩo. Et ſi poſueris manũ tuã cõpri
mendo ſup ſtomachũ in illa cõcauitate ⁊ ibi percipies du-
riciẽ eſſe acuitatẽ ſine dolore pacientis ex illa cõpreſſione
et percipies pulſum ſub manu tua ⁊ pcuſſioneꝫ. tunc cer-
tiſſime ⁊ abſq₃ vlla dubitatiõe hec paſſio eſt maties ⁊ ethi
ca ſtomachi eo ꝙ pceptio ſenſuſ: pulſus non eſt niſi ex arte
ria que eſt i orifitio ſtomachi que minime ſentiretur: vllo
modo niſi corpus ſtomachi magnifice eſſet extenuatũ. Inci
pe ergo a cura huius egritudinis ab inunctione ſtoma
chi ipſius cũ oleo amigdalarꝫ dulciũ. ⁊ oleo granoruꝫ viri
diũ. i. altarij ſintq₃ in. ℥. i. oli amigdalarꝫ. auẽ. ij. olei gra
norꝫ alzarij. ⁊ decima pars ipſorꝫ aque dulcis tepide. Et
cibeẽ cũ pullis puis decoctis in taffea. ⁊ oleũ eius ſit oleũ
amigdalarꝫ dulciũ ⁊ pro ſpecieb⁹ vtatur maſticibus bul-
litis in ferculis ſuis. Et cerotũ ad ponendũ ſuper ſtoma-
chũ ſit factũ ex pice nauali mollificata cũ oleo amigdalaruꝫ
dulciũ. ꝙ ſuper ſtomachũ tenere debet tñ per dimidiam
horã parꝫ plus vel minus. qñ ſi diu ibi permaneret. non
modicũ infirmo nocumentuꝫ haberet inferre. Et remoto
emplaſtro incontinenti inungatur ſtomach⁹ oleo amigda
larꝫ dulciũ ⁊ oleo roſaceo que ambo ſint recẽtia min⁹ vni⁹
anni. ⁊ propinetur ei lac capre ad bibendũ. quod ſit tã recẽ
ter mulſũ ꝙ nullã infectionẽ ab aere recepiſſe: cuius quã-
titas ſit ab. ℥. i. vſq₃. iij. ⁊ ciba eũ pullis ⁊ teſticulis gal-
lorꝫ. qñ teſticuli huic infirmo laudabiliores exiſtũt ipſis
pullis ⁊ cibeẽ in die ter. Et ſtudeas vt cibi ei⁹ ſint facilis
digeſtionis, phibendo ei oĩa ſiccea. ſiue ſint calida ſiue frigi
da cognoſcendo ꝙ calida ſunt maioris nocumẽti etiã ſi ſint
humida eo ꝙ caliditatis eſt diſſoluere. ⁊ poſtq₃ ita eſt pac
cidẽs habent deſiccare quãuis humida ſit natura ⁊ hoc ap
paret in aqua calida. qñ quãuis humectet ⁊ actu ⁊ potẽ
tia manifeſte. tñ propter ipſius actualeꝫ caliditatẽ de ſub
ſtantia membri habet aliquid diſſoluere, ⁊ nos debemus
in hac egritudine euitare cũ oĩ ſollicitudine que habent ⁊
poſſunt diſſoluere ⁊ deſiccare, imo intentio tua tota eſſe de
bet in humectãdo hoc membrũ. ⁊ eius digeſtionem con-
fortando. Et nota ꝙ ſtomachus eſt mẽbrũ nobiliſſimuꝫ

vel vt principale ꝓpter colligantia oris ſtomachi ad cere
brū.⁊ ꝓpter multā quātitatē neruoꝝ qui ſunt ibi.⁊ hac
de cauſa ſollicite intendere debes in conſeruando ipſum
manutenēdo ⁊ eius virtutē.ponendo in oībus ſuis me-
medicaminibus ſtiptica ⁊ aromatica ſi haberent aliquā
amaritudinem ſicut eſt amaritudo roſaꝝ non noceret imo
ꝯferret multū.Et pulle ſue ⁊ teſticuli galloꝝ q̃s ꝯmedere
debet:debēt eſſe diſcocte multū:⁊ panis eiꝰ ſit optime fer-
mentatꝰ:parū vel quaſi nihil habēs de ſale:⁊ ſit ex pfectiſ
ſimo frumento qḋ optime ſit maſinatū:⁊ buratatū et mala
xatū perfecte cū dulci aqua tepida:⁊ oleū quo vti debet:ſit
oleū amigdalarū dulciū vel olīū ſciſaminū.tñ ſcire debes
ꝙ oleū amigdalaꝝ eſt conuenientiꝰ ⁊ magis laudabile: eo
ꝙ oleū ſiſaminū habet mēbra debilitare vtentibus: de eo
multū.cū careat oī ſtipticitate ⁊ habet fetorē oris.ꝑcreare
cōtinuando cū multū.quāuis nō noceat aliquādo recipi-
endo de eo bis vl' ſemel:in ipſa hora qñ extrahitur.Et nō
nocet ei abſtinere a potu qñ comedit.Oleū vero oliuarū
ſi fuerit ablutū ter vel quater in hac egritudine cōfert etiā
Et aqua ordei cōuenienter ꝑparata modice exhibita valet
Jam ergo mihi videt̃ hucuſq; ſufficienter declaraſſe que
ad curā huiꝰ egritudinis habent pertinere.volo tñ modo
addere iſtud modicū.ſ.ꝙ oportꝫ te oīo euitare ea que ſunt
magne ſtipticitatis ⁊ amaritudinis:q̃uis ſtomachus in
quātū eſt ſtomachus requirat ſtipticitatē tēperatā cū mo-
dica amaritudine tñ.tam ꝓpter egritudinē quam ꝓpter
naturā mēbri debet euitare oīa acetoſa. Sed vt differatur
virtus medicinarū ad vil'os ſtomachi.oportet aliquādo
vt miſceas ſuis medicinis aliqua acetoſa.Et citonia aſſa-
ta multū valent in hac egritudine qm̃ ſua humiditate ſiti
remouent.⁊ ſua ſtipticitate ⁊ aromaticitate habēt v̄tutes
confortare:⁊ ſua acetoſitate faciunt peruenire virtutes ad
villos ſtomachi.Et ſic cōpleta eſt remoratio huius egritu
dinis que occulta eſt valde pluribus medicis ⁊ paucos
de ea inuenimus tractauiſſe.

¶ Capl'm ſcōm de apoſtemate ſtomachi.

Et hec quidē egritudo in ſtomacho aliqñ euenire
poteſt ſicut in alijs mēbris euenire ꝯſueuit. Sed
ſcire debes ꝙ oē apoſtema quod fit in partibꝰ ſto-
machi inferioribꝰ eſt minoris doloris.⁊ eiꝰ accidentia leui
ora valde quam id quod fit in orificio ſtomachi:ſed id qḋ
fit in fundo ſtomachi maioris eſt magnitudinis quā id
quod accidit vel oritur in orificio ipſius.Et cura quidem
hoꝝ oīū apoſtematū generalis eſt. Primo ex baſilica flo
botomare.⁊ frequēter cliſterizare:⁊ regimē multū ſubtili
are vtendo narcotica.ſ.ſtiptica frigida in principio mul-
tum cū paucis reſolutiuis:⁊ quāto plus perſeuerauerit
apoſtema tāto diminuēda ſint narcotica ⁊ reſolutiua aug
mentanda.Et narcotica cōueniētia in hac egritudine:ſūt
ſicut citonia ⁊ pira:⁊ quia iſta ſunt cibꝰ:ideo cōueniētiora
ſunt quā pura medicina.Et ſunt narcotica ſimul ⁊ reſolu
tiua:ſunt ſicut zuchaꝝ roſaceū.Et que ſunt fortis reſolu-
tionis in hac egritudine eſt zuchaꝝ roſaceū mixtū cū mo-
dico flore camomille.qm̃ camomilla de ſui proprietate re
perta eſt ac probata dolores intrinſecos mirabiliter miti-
gare.Quare firmiter dico ꝙ ſi infirmū taliter rexeris a prī
cipio apparitiōis apoſtematis.ſ.cū narcoticis dictis vel
ſimilibꝰ ⁊ reſolutiuis liberabitur infirmꝰ abſq; magno la
Dico qdem q̄ in quolibet osse pōt fieri egritudo ex mala ꝯplone: ꝛ hoc aut pp̄ter ꝯiunctionē eorū ad inuicē: vel pp̄ter formā eoꝝ: aut appositionē ipsoꝝ: vel pp̄ter mensurā eoꝝ. Et est necesse sup hoc ꝯsiderare pp̄riā eoꝝ cōplexionē inquātū3 est mascul⁹ vel femina: ꝛ inquātū est puer iuuenis: vel senex vel decrepit⁹: ꝛ etiā inquātū est petr⁹ vel ioānes. Et sup h̄ similiter p̄ter consideratione ossiū debem⁹ ꝯsiderare carnē ꝛ neruos: ꝛ ligaturas: ꝛ arterias: ꝛ venas: ꝛ villos: et cutē: qm̄ qn̄ ista exeunt a sua complexione naturali trahūt similiter ꝛ alterāt ossa a sua debita ꝯplone radicali. Et notū est q̄ ossa ꝯplexionata sunt ex vna quatuoꝛ q̄litatū simpliciū aut cōpositarū. Ergo qn̄ exierit a sua debita q̄litate: studeas ad recuperationē ip̄i⁹. Et accidit etiā ossib⁹ dissolutio ꝯtinuitatis que fractura noiat̄. Istis igit̄ subtilia regimē inquātū potes ꝛ equa mēbrū fractū reducendo ipsu3 in locū suū pp̄rium. Et illi qui sunt seruitores medicoꝝ. s. cyrurgicoꝝ assueti sunt h̄ facere pp̄rijs manibus. Sed mihi ipossibile videt̄ q̄ aliqd boni sciāt agere q̄re eos nō debes pmittere opari. Et vide si mēbrū lesum sit tal q̄ habeat sibi par: sicut sunt brachia ꝛ crura. Stude ergo ut reducas lesum ad formā3 sani. Et si est ex mēbris que nō habet societatē sicut nasus: cogita formā ip̄i⁹ mēbri qualis erat in sua sanitate: ꝛ studeas ut possis reducere ad ipsam toto posse. Qđ si dislocatio vel fractura in ossibus magnis euenerit fac eū extendere super discū seu tabulā cuius supficies sit extensa ꝛ plana: postea extēde ambas partes mēbri lesi tirando fortiter cū ambab⁹ manib⁹ ex vtraq3 parte: ita ut elongēt̄ partes fracte vel dislocate ab inuicē. Et postea mollā man⁹ tuas ad h̄ ut nerui ꝛ ligature trahāt ad se mēbrū ꝛ redeat ad locū suū. Et iunge locū lesū3 cū oleo ro. ponēdo desup petiā subtilē ꝛ sup illā pone grossiores: ꝛ demū ligatū a stellis faciendo ligaturā mediocrē videlicet nō multū strictā nec mollē: ꝛ stet ita ligat⁹ p tres dies ꝛ postea solue: ꝛ liga iterū faciendo sicut p̄i⁹ in omnib⁹: ꝛ h̄ facias donec fuerit liberat⁹. Sed attēde q̄ id qđ p̄i⁹ agere debes in istis est flōmia ex opposita parte egritudinis ꝛ subtilia regimē eius. Et sufficit ei comedere panē bn̄ fermentatū cū pullo: nō tn̄ vsq3 ad saturitatē: ꝛ h̄ donec fueris cert⁹ ne locus apētur vsq3 ad. xxx. dies: ꝛ ab inde in antea adiuua eū cū generantib⁹ humores viscosos sup fracturā ossis cū adiutorio dei. Et cibaria facientia h̄ sunt pedes ꝛ crura hedoꝝ ꝛ arietū. Et cōtinua in vnctionē ꝛ ligationē ꝛ dissolutionē sicut dictu3 est donec liberet̄. ꝛ h̄ fieri nō pōt sicut credo in spacio minori q̄3. xl. dieꝝ. Si aūt membrū fractū fuerit ex mēbris magnis: ꝛ tu sol⁹ operationē dictā nō poteris exercere: habes sociū vsitatū qui adiuuet te: trahendo tu ex vna pteꝝ soci⁹ ex altera: donec labia fracture elongent̄ ab inuicē. Et postea relaxent̄ man⁹ ut nerui trahāt ad se ꝛ ꝯiungentur partes simul: ꝛ postea duc manū tuā sup mēbrū lesu3 palpitādo superi⁹ ꝛ inferi⁹: ꝛ ex oib⁹ partibus. Et si inuenis ipsu3 bn̄ reductū ꝛ planū ꝛ eq̄le bn̄ quidē: sin aūt sic ducēdo manus equabis cū: ꝛ planabis donec fuerit ad locum debitū reductū: ꝛ partes sit optime coequate: ꝛ post inunge eū: ꝛ ligabis ponēdo petias ꝛ astellas ut dictū est. Et dissolue post tres dies: ꝛ iteꝝ liga ordinate oīa faciendo q̄ dixim⁹. s. ligare ꝛ dissoluere: ꝛ inungere de tribus in tribus dieb⁹. Et h̄ regimen facere debes infirmo forti: ꝛ q̄ sit d̄ferret⁹: ita ut cognoscat suū ꝓfectū: ꝛ ob hoc sustinebit dolorē. Si vo infirmus fuerit pusillanim⁹ ꝛ debilis virtutis atq3 timid⁹ ꝛ indiscretus: habeas adiutores ꝛ seruitores penes te q̄ sint tecū ad tenendū eū viri: ita ut cū senserit dolore3 nō possit se vllo modo mouere nec destruere opus tuū: ꝯspiciendo tn̄ ne inferas ei intensu3 dolorem. Si aūt contusio facta fuerit in naso: necesse est ut facias ex toto filato formā nasi ponēdo exteri⁹ aliqd qđ possit ipsa3 naturā sustinere. Et extende sup petiā cerotū factū ex gūmis q̄ possit nasu3 vndiq3 colligere ꝛ circūdare: ꝛ desup pone petias plicatas pluribus plicaturis donec habeāt grossitiē: q̄ petie sint duplicate plumaccoli dicunt̄. Et fac ut cōprehendāt nasu3 ex oib⁹ partib⁹: ꝛ fac ut iuiscet̄ dictū cerotū sup nasu3 ponendo desup formā coti p̄dictā q̄ sit iō gitudine ꝛ breuitate ꝛ forma in oib⁹ sicut nasus patienꝭ Et cū mutaueris ipsu3 ablue pmo nasu3 cū aqua mlis: ꝛ postea cerotū cū forma repone superi⁹. Et fuerūt qdā medici q̄ habebāt pro ipossibili cura3 fracture ossis coxe: sed ego vidi pueꝝ q̄ liberat⁹ fuit de passione illa: ꝛ ꝯsolidatu3 fuit os ei⁹: sed non seq̄t̄ ex h̄ q̄ quilibet sic debeat liberari: eo q̄ nature ꝛ ꝯplones ossiū boiu3 sunt non oēs eq̄les: qm̄ puto qđ liberatio dicti pueri fuerit propter molliciē ꝛ humiditate3 sui ossis. Quare non sequit̄ q̄ sic oībus debeat euenire. Si aūt ossib⁹ supuenerit dislocatio: cura est ut facias redire membrū ad suā formā naturalem ꝛ positione3 ꝛ h̄ elongando os ab osse trahendo fortiter: ꝛ relaxando manus ut nerui trahant ossa ad se: ꝛ redeant ad suum situm locum ꝛ naturalem: et postea liga sicut superius dixi Et subtilia regimē ei⁹: et flebotoma eū si ꝯsenserint etas: virt⁹: tēp⁹ et regio. Si nō oīa ista adiuuāt adhuc minue de sanguine min⁹: s̄m qđ dicte cōditiones diminuūt̄: put tibi videbit̄ ꝯuenire: et subtilia regimē tpe cōueniēti: et ingrossa ipsu3 tpe quo videbit̄ exigere. Et scias q̄ oīa ista ptinēt ad medicū nobilē ꝛ honoratū: sed alias opationes manū dimitte ministris medicoꝝ: sicut est flōmia et

cauteriū ⁊ incisio arteriarū. Et adhuc nobiliora istis debent facere isti medicoꝝ seruitores: sicut est incisio palpebraꝝ: ⁊ eleuare venas q̄ oriūt in albedine oculoꝝ: ⁊ prosternere cataractas. Oia hec ad dictos seruitores hīt ptinere. Ad medicū aūt honoratū nihil aliud pertinere dicimus: nisi ut ꝯsiliū p̄stet solūmodo ciboꝝ medicinarūqꝫ infirmi absqꝫ aliq̄ opatiōe manuū: queadmodū nō cōuenit ei facere sirupos ⁊ electuaria suis manibꝰ: nisi eēt in magna necessitate. Et pr̄ meꝰ fuit ex istis q tpibꝰ vite sue permansit sic sine aliq̄ opatiōe tali exercenda: ꝙ si noluisset nihil facere sciuisset: q: nō erat assuetꝰ. Sꝫ ego q̄uis sim in aio pasillis amore artis ⁊ ex delectatōe quā habui in ipsa volui h̄ exercere. ⁊ p̄mo studui adiscendo facere sirupos ⁊ electuaria. Et volui etiā per experientiā scire operationes medicinaꝝ. ⁊ ēt ingeniū extractiōis virtutis medicinaꝝ ꝯpositiōis vniꝰ cū altera. Et volui sil' scire loca ossiū ⁊ cōpositionē coꝝ adinuicē: ⁊ oia h̄ scire volui ⁊ nō solū scire. sꝫ ꝓprijs manibꝰ exercere. ⁊ hoc cū appetitu maxio ⁊ desiderio: ⁊ semper secutꝰ sum viā istā q̄uis sit vilis ⁊ cōtēpta. apud medicū honoratū. queadmodū laboratores in illo ope delectant: ⁊ venatores in venādo. ⁊ hijs similibꝰ Nō memoratus sum de hys nō feci cā ꝓmouēdi aliquē honoratū medicū ad exercendū p̄dicta opa suis manibꝰ. sꝫ si fuerit necesse in se ipso vel in aliq̄ dignissima vel carissima ꝑsona: qđ sciat facere ⁊ exercere: ⁊ ēt ex misericordia ⁊ pietate dei alicui paupi. sciat facere h̄ vl' aliq̄ leuia. Ea aūt q̄ sunt turpia ⁊ abhoiabilia ⁊ misera sic est extrahere lapidē de vesica ⁊ silia. nō tm̄ facere: veꝝ ēt videre nō videt ꝯuenire honesto ⁊ puro viro. Et puto ēt ꝙ honesto viro nō licet nec ꝯuciat s̄m legē videre pudēda. Et iaꝫ hucusqꝫ diximꝰ de hijs que accidūt ossibꝰ de dislocatione ⁊ fractura. Nūc aūt intēdimꝰ determiare de hijs q̄ accidūt ipis ossibꝰ i se ipis.

Capitulū. ij. de superadictione ossis.

Et ingrossant qn̄qꝫ ossa in sua sup̄ficie ab humoribꝰ mordicatis qui infundunt in ipsis ossibus. aut a sanie grossa q̄ transit sup ipsa vn̄ cōcauant ⁊ corrodunt ⁊ ingrossant. Et cura huiꝰ est reducere ossa ad naturā suā ꝓpriā remouēdo causaꝫ inducentē dicta nocumenta. Nocumentū quidē ingrossitudis ⁊ cōcauitatis remouetur cū ferro studēdo postea cū medicinis in restaurā do carnē donec ꝯsolidet. Et orit qn̄qꝫ viscositas preter naturā super ossa q̄ ipedit ꝯglutinationē carnis fieri sup ipa Et cura huiꝰ ē cū medicinis desiccatiuis ⁊ abstersiuis fortibꝰ donec remoueat dicta viscositas ⁊ redeat mēbrū ad cōplexionē ⁊ naturā suā ꝓpriā. Et de habentibꝰ hāc ꝓprietatē est vt recipias mel dispumatū ⁊ decoque cū succo folioꝝ p̄sici. vsqꝫ ad spissitudinē. ⁊ vtere qm̄ sufficiet in h̄ casu. De medicinis vero q̄ habēt generare carnē dicā qn̄ de vulneribus vniuersaliter pertractabo.

Capitulū tertiū de scissura ossis in longitudine.

Et accidit qđ qn̄qꝫ in osse fit scissura in longitudine. Et cura huiꝰ est leuis. ⁊ hoc fit cōfortādo mēbrū vt nō recipiat humiditates extraneas q̄ ipediunt suas opationes naturales. Et generat aliqn̄ in eadē scissura caro grossa ⁊ dura q̄ cōsolidat dictā scissuram.

Capitulū. iiij. de fractura ossis causa doloris.

Et fit qn̄qꝫ qđ in fortibꝰ doloribꝰ ossa franguntur Et ego iam vidi rupta ossa exire. ⁊ hec fractura accidit cā humoris acuti infixi in loco. Et qn̄ videmꝰ ꝙ h̄ in ossibꝰ accidit. qd ꝙ fieri debet in carne. Et pōt etiā hec fractura fieri in osse. ex vapore seu ventositate inclusa in ipso osse vel in sua concauitate nec h̄ putandum est impossibile: quia videmus qđ vasa terrea quādo vento suspendūt ⁊ ad aerē: qđ scindunt ab ipsis. Et ad te qdē ptinet cognoscere scissuras factas ab humore vel a vento: et hoc q: qn̄ videris carnē corrosam in circuitu ossis cū dolore forti: ⁊ cū h̄ os fractū fuerit ⁊ denigratū: scias ꝓ certo qđ est ab humore mordicatiuo ⁊ acuto forti. Stude ergo in cura huiꝰ in reducendo mēbrū ad suā ꝯplōnē naturalē oibus modis quibꝰ potes. Et h̄ purgando humorē peccantē cū medicinis laxatiuis ⁊ resoluēdo q̄ sunt resoluenda cū resolutiuis: frangēdo ⁊ mitigādo coꝝ acuitates cuꝫ medicinis habentibꝰ illā ꝓprietatē: ⁊ hec ē via certa ⁊ manifesta. Ea eni q̄ habēt purgare hunc humorē sunt purpuria: ⁊ epithimuū: ⁊ aloes: miscendo cū istis aliqd ex folijs cologntide ⁊ scamonee. Et q: hee medicine de ꝓprietate ⁊ nā sui habent corpori inducere angustiā ⁊ dolorem ideo studeas in remouendo ⁊ refrenādo cū pistacijs si potes inuenire: ⁊ si nō: pone loco eoꝝ sticados cū amigdalis dulcibꝰ mūdatis: ⁊ misce cū eis: ⁊ da de ista medicina infirmo s̄m virtutē ipsiꝰ cōsideratis etiā alijs cōditionibꝰ quesitis. Et fac eū sirupū istū qui optimꝰ est in frangēdo ⁊ remouendo acuitatē dicti humoris. Re. iuiube q̄ arabice dicunt aupnep: reglitie mundate: viole: floꝝ nenufaris. an. ℥. i. spicenardi: masticis. an. aur. iiij. ꝯquassa q̄ sunt ꝯquassanda ⁊ infunde ꝑ diē ⁊ noctē in libris. x. aq̄ dulcis. Et postea bulliāt lento igne: vsqꝫ ad cōsumptionē medietatis: ⁊ postea cola. Cui addes librā zuchari albi: ⁊ iterū coque vsqꝫ ad spissitudinē: ⁊ ꝓpina patiēti oi mane d' ipso. ℥. ij. vel. iiij. cū triplo aq̄ frigide ⁊ si sitiret nimltū adde plus de aqua. Et pone sup locū cerotū nominatū agrippa qđ factū est cū cera ⁊ oleo rosaceo: ita ꝙ cera madefacta sit in aqua frigida multotiēs. Et postq̄ etiā resoluta fuerit cera in oleo rosaceo: iterū infundi debet in aq̄ frigida pluries donec acqrat frigiditatē ⁊ humiditatē ⁊ hoc modo mitigabit acuitas egritudinis: ⁊ remouebunt dolores. Et si quis argueret ⁊ diceret: nonne oleū est nociuū in apostematibꝰ colericis: dicimꝰ qđ p̄paratio iaꝫ dicta. s. infusionis cere ⁊ ꝯcussionis cere in aq̄ dulci frigida multotiens: ⁊ postea cere cū oleo sil': pōt dictū nocumentū totaliter remouere. Et dico ꝙ quāto frigidior fuerit aq̄: tāto magis habet dictos dolores remouere. Et iaꝫ pluries ꝓbaui hoc cerotū cū esset recēs in cōbustionibꝰ ignis: q̄re ꝯfert in cōbustione ignis: sequit qđ longe plꝰ debeat valere in egritudinibꝰ calidis. et certe h̄ expimētū ē iustū. Et q: hoc cerotū sic est mitigatiuū ut dictū est: ideo ꝯfortādo mēbrū habet ossa fracta ex vulnere repellere.

Capitlm. v. de ingrossatione ossis p̄ter naturam.

Ingrossant qn̄qꝫ ossa p̄ter naturā ꝓpter grossum regimē inordinatū subito factuꝫ ⁊ non successiue. Et iaꝫ audiui dici a p̄re meo: ꝙ cuidā viro vidit nasci in dorso suo os ad silitudinē vniꝰ corni: ꝙ erat minoris duriciei ossis nālis. Et ipse pat meꝰ purgauit humores grossos in ipso: ⁊ postea posuit medicinas exiccatiuas sup os: qđ cecidit dictū os sicut cadūt cornua cerui in vere Et mihi etiā fuit ortū os vnū sup dorsuꝫ magnū mihi inferēs dolorē: ⁊ purgaui me ab humoribꝰ grossis: ⁊ posui sup ipsuꝫ resolutiua: ita ꝙ resolutū fuit pro maiori pte: ⁊ illđ modicū qđ remāsit: nō ipediuit me in aliq̄ in opationibꝰ nālibꝰ exercendis. Ergo vbicūqꝫ īueneris sile facias sicut dixi. Et cū purgas istos noli ipsos purgare solū cuꝫ virtutibꝰ medicinaꝝ: sed cuꝫ ipsis medicinis ꝓprijs. Et de melioribꝰ mineris ad purgādū hos est lapis lazuli: ⁊ sꝫ in magnete ē absqꝫ dubio magnū iuuamētū in h̄: sed ego ipsaꝫ non suꝫ opatꝰ q: sufficit mihi lapis lazuli: ⁊ ego cōmēdo opa eiꝰ. Sed barburia recēs ⁊ epithimū cretense ē de melioribꝰ medicinis ⁊ securioribꝰ in hac passione. Elleboꝝ aūt nigrū fortiꝰ est p̄dictis: sed non ita tutū. Et cum volueris eū opare fac cū cautela. s. frangēdo eiꝰ maliciaꝫ et siccitatē. Et de pillul' q̄ ꝯueniūt in hoc casu sunt iste. Re. feemeg bdellij: polipodij ⁊ genscit ⁊ opopanacis: qm̄ ista habēt trahere humores grossos ex iuncturis ⁊ ꝯcatenationibꝰ ossiū: ⁊ ex oibꝰ mēbris remotis. Et q̄uis in interiora cologntide sit huiꝰ ꝓprietatis: tm̄ ē fortior valde p̄dictꝭ: ⁊ magis piculosa: eo q: de ꝓprietate ⁊ nā sui hꝫ inducere excoriationē in intestinis: ⁊ nocet epati destruēdo eiꝰ opationē. Et id qđ hꝫ eiꝰ acumē remouere ⁊ maliciā eiꝰ est gūma arabica. Sꝫ nobiles ⁊ famosi medici q fuerūt an̄ nos p̄uisi optime fuerūt de gūma arabica i remouēdo nocumētū cologntide ⁊ eiꝰ acumē: q̄tū in vna pte: tamen ⁊ non

ꝯſiderauerũt nocumẽtũ ipſiꝰ in alia.ſ.in anguſtia ꝗ̃ corpi ꝑſtare cognoſcit: ⁊ in nocumento ipſiꝰ ad epar: ⁊ in corruptione eoꝝ virtutũ: qm̃ ad remouẽdũ iſta cõpetũt aromatica ⁊ ſubtilia cũ q̃dã ſtipticitate: ſicut eſt ſpicanardi. Quod bonũ ⁊ ꝑfectũ remediũ eſt ſpicanardi: q: remouet nocumenta epatꝭ eiꝰ virtutes ꝯfortãdo. Et de h̾ aliq ꝑdeceſſores nr̃i medicoꝝ minime aliqd fuerũt recordati: niſi ſoluz ille q ꝑnceps medicoꝝ exiſtit q nobis viã ꝑparauit ĩ iſto ſcemate: dicẽdo nobis ꝓprietatem ſpice. Alij aũt medici nihil de ipſa fuerũt locuti. Et fiſici etiã multũ cõtulerunt in remouẽdo nocumẽtũ cologntide: ⁊ nõ ſolũ ipſiꝰ: verũ etiã oĩuz aliaꝝ q̃ corpori inferunt anguſtiã. Sed id qđ ꝓprie h̾z nocumentũ ⁊ acumẽ cologntide remouere a ſuis q̃litatibꝰ ꝑmis: ſunt amigdale dulces mundate. Et ſiccitas mala elebori nigri remouet̃ ꝓprie cuz flore nenuſaris: eo ꝙ nenuſar a ſuis q̃litatibꝰ primis remouet acumẽ elebori nigri: ⁊ ſua aromaticitate tollit anguſtiã ⁊ deſtructionẽ virtutũ quã corpori põt inducere ſui malicia: ⁊ cũ hoc diminuit ſuã ſupfluã relaxaitõez. Et audiui a pr̃e meo q dixit qđ pr̃ ſuus qñ rediuit de ꝑtibꝰ orientis: ſcripſit vnam receptionẽ vniꝰ medicine laxatiue ꝓ quodã rege in ꝑſentia nobilis medici q noĩabat̃ auenmotaraf: q medicꝰ honoratꝰ poſtꝗ̃ aſpexit ſcriptũ: vidit qđ in illo laxatiuo poſuerat nenuſar: miratꝰ fuit valde: ⁊ poſt cõſideratiõnẽ ⁊ cogitationẽ placuit ei multũ: ⁊ gauiſus eſt inde cõmendãs eũ mirabiliter de illo ope. Et h̾ ideo q: medici q fuerãt añ eũ minime poſuerũt remediũ aliqđ ad remouendũ nocumentũ ⁊ maliciã ꝗ̃ dicta medicina.ſ.elleboris niger h̾z epati inferre: ⁊ ꝑſtare ꝑ cõſequens toto corpori. ꝙ non fecerũt ſic in ſcamonea: quia poſuerũt maſticẽ in remouẽdo violẽtiã ⁊ maliciã ſcamonee: ⁊ hoc faciũt mitigãdo ⁊ refrenãdo anguſtiã: ⁊ ꝯfortando virtutes. Sed diminuti fuerunt in hoc.ſ.q: nõ poſuerũt aliqd ad remouendũ eiꝰ caliditatẽ ⁊ ſiccitatẽ: tñ parcẽdũ eſt eis de hoc defectu: q: paꝝ ponit̃ de ſcamonea in medicinis laxatiuis. Sed de h̾ ſũt medici repb̃endẽdi: q nõ ponũt remedia: ⁊ ea q̃ h̾nt anguſtiã medicinaꝝ remouere. Ego aũt ſuz certꝰ ꝙ aliq q legẽt hunc meũ librũ: ſiue ſi viuus ſim ſeu mortuus conabunt̃ me repb̃endere in hijs. Quibꝰ taliter dico videlicet vna: qđ fiant due medicine: vna ſm̃ meã voluntatẽ: ⁊ alia ſm̃ ſuã. ⁊ videat̃ q̃ illaꝝ meliꝰ poterit remouere anguſtiam et nocumẽta epatis ⁊ diſſinteriã: ⁊ que peius. qm̃ volo et deſidero qđ expientia me iuuare debeat ⁊ ſaluare vel dãnare: tã in vita ꝗ̃ in morte: ⁊ nõ ſolũ in hijs: verũ etiã in oĩbus q̃ dixi in iſto libro: q: nõ dubito qn multi ſophyſte multa poſſint arguere: ⁊ ſua ſophyſmata facere. Sed ego dico qđ expimentuz ſemp eſt libra ⁊ ſtatera iuſta ⁊ eq̃lis: ꝗ̃uis ſim certꝰ ꝙ multi ſophyſte multa poſſint dicere ſophyſmata erronea q̃ veriſimilia eſſe vident̃ cũ ſint falſa: ⁊ hoc ad dialecticos ⁊ loycos ſolũ habet ꝑtinere: ⁊ nullo modo ad medicũ. Et q talia ingrere ⁊ ꝑſcrutare voluerit ſemper errabit. Quare dico qđ experimentũ ſemp poterit verũ a falſo diſtinguere ⁊ ſepare. Cõpletus eſt h̾ tractatus oſſiũ. Et nunc incipimꝰ determinare de egritudinibus q̃ ſunt vniuerſales toto corpi factis ex vno humore ſolo.

Tractatꝰ.vij.libri ſecundi de egritudinibꝰ q̃ accidunt vniuerſaliter in carne totius corporis.

Caplm̃ primũ huiꝰ tractatus de egritudinibꝰ vniuerſalibꝰ que fiunt in carne ⁊ cuti totiꝰ corporis ſicut ſunt veſice: pruritꝰ: ſcabies: que fiunt in toto corpore.

Hee quidez egritudines.ſ. veſice ⁊ pruritus cõueniunt in materia: ſunt eñi ex eodez humore: et differũt ſolũ in loco: q: veſice oriũt̃ ſub cuti: pruritꝰ vͦ fit in exteriori ꝑte cutis vel ſub cortice exteriori: ⁊ h̾ fit qñ tales hũores acuti ⁊ aduſti ⁊ mordicatiui in corꝑe generant̃: q: abhominabiles ⁊ odioſi nature exiſtũt: quare ab ipſa exteriꝰ expellunt̃. Et eſt etiã differentia int̃ veſicas et pruritꝰ et eſt h̾.ſ. q: veſice ſunt ex humore groſſo ⁊ fiſcoſo: pruritus autem ex humore ſubtili et acuto generatur. Et hee quidem paſſiones variantur ſiliter in ſuis formis ⁊ humoribꝰ. Et ſcias iteꝝ qđ ex tali materia pñt fieri apoſtemata calida ⁊ gutta rubea. ⁊ apoſtemata q̃ noĩant̃ forẽte et põt etiã accidere inflatio totiꝰ corporis: ⁊ etiã dura apoſtemata q̃ egritudines oẽs ab inuicẽ diuerſificant̃: et cognoſcunt̃ ex ſuis ꝓprijs formis ⁊ accidentibꝰ: quẽadmodũ cognoſcere debes carbũculos et cãcros peſſimos corroſiuos. Et ſubtiliter attẽdere debes in vnaq̃qz iſtaꝝ egritudinũ ex quo hũore quelibet generet̃: ⁊ vtruz ex ſimplici vel cõpoſito: qm̃ ſi ſimplici: forma erit ſimplex: ſi ex cõpoſito: forma ꝯpoſita apparebit. ⁊ ſm̃ cõpoſitionem humoris dictaꝝ paſſionũ et apoſtematũ: forme ipſarũ ſiliter variãtur. Cura aũt dictaꝝ paſſionũ eſt euacuare humorem peccãtẽ ſi eſt ſimplex ⁊ vnꝰ: et ſi eſt cõpoſitꝰ ſiliter purgare debes ſm̃ ſui cõpoſitionem et minue etiaz ſi tibi videbit̃ ꝯuenire: ⁊ ſtudeas cũ h̾ refrenare ⁊ mitigare locũ ſi ẽ ꝓpe vel ſupra aliqđ mẽbrũ ꝑncipale: qm̃ ſi ibi colligeret̃ mãa ſi ibidẽ apa apiret̃: poſſet illi mẽbro nõ modicũ inducere nocumẽtũ. Et attẽde cũ tu vis mitigare vel repcutere ĩ tali caſu ut nõ facias abſqz aliquo reſolutiuo: eo ꝙ repcuſſiua inꝗ̃ztũ ſunt talia h̾nt augmẽtare frigiditatẽ in loco illo: ⁊ frigiditas eſt ad vltimũ cã augmẽtatõis doloris: ⁊ ſi nõ augmẽtat nõ h̾z vltimo remouere: q̃re ꝯſulo reſolutiua apponere cũ repcuſſiuis ⁊ narcoticis ad remouẽdũ dolorẽ. Et h̾ intendere debemꝰ ſic dicit G. q: vbi eſt dolor ibi et hũores h̾nt decurſuz: ⁊ ponenda reſolutiua cũ pcuſſiuis ⁊ narcoticis: tũc habebũt narcotica effectũ ꝑfectũ. Rece-

ceptio ꝯueniēs ad h. ℞e. rosarū ⁊ farine ordei ⁊ fabaꝝ et sandali an. ʒ. i. floꝝ camomille ⁊ narcisci. an. auř. iiij. seis lini ⁊ altee ⁊ croci. an. auř. I. pistēt oia: tū q̄libet ꝑ se: ⁊ misceant cū aq̄ ro. cui decima ps ipsi⁹ aceti sit amixtū ⁊ emplastret loc⁹ cū ipsis: ⁊ si humor fuerit subtilis valde subtrahe acetū: si fuerit grossus adde pl⁹ de aceto: ⁊ qꝛ superi⁹ docui sufficiēt quō ⁊ q̄lit debes subtiliare regimē in talib⁹ ⁊ q̄liter ⁊ cū qb⁹ medicinis debes purgare vnūquēqꝫ humorē iō ad p̄sens h ponere p̄termitto. Cū aūt apa fuerit digestū ⁊ matuꝝ: tūc indiget aptōe cū ferro frigido vel tēpato aut cū medicinis acutꝭ. Cū aūt in apate sanies incipit colligi ⁊ apparere: tūc esto attēt⁹ solūmō in maturādo ipsum Que aūt hūt maturare sunt ista. s. farina tritici ⁊ furfuraliū elixati: quoꝝ ptes sint eq̄les: stercoris colūbini sicci q̄rta ps. pistent̄ q̄libet ꝑ se ⁊ incorporēt̄ sil' cū decoctiōe cruriū ⁊ pedū arietū vel cū butiro veteri. Si vō patiēs fortꝭ fuerit et brun⁹: loco farine dicte pon̄ panē recētē de frumēto: ⁊ si fuerit infans puul⁹ tēpa dictas medicinas cum iure cruriū ouiū: ⁊ si fuerit iuuenis incorpa cū butiro recēti. Cū aūt fuerit apa digestū ⁊ matuꝝ: aperi ipsū in loco ipsi⁹ decliui: ut facili⁹ sanies inferi⁹ descēdere ⁊ exire possit ⁊ h facias cū ferro vl' cū medicinis. ¶ Receptio apta ⁊ cōueniēs ad apiendū apata. ℞e. stercoris colūbini ⁊ farine tritici ptes eq̄les an. pistent̄ ⁊ corpent̄ cū butiro ⁊ h si fuerit puer paucoꝝ annoꝝ: ⁊ pone sup apata ad quātitatem vni⁹ denarij grossi: ⁊ dsup pone folia blete: ⁊ apiet cū ista deo dāte. Si vō patiēs fuerit dure cōpositiōis: aut senex tūc incorpa cū sapone: ⁊ desup pone ad quātitatē vni⁹ denarij grossi donec aperiat̄: ⁊ si fuerit infans de lacte incorpora cū oleo de sciscimano vel amigdalaꝝ dulciū: ⁊ pone ut dictū est. Si aūt fuerit iuuenis incorpa dictū medicamē cū butiro decocto: ⁊ cū fuerit aptū ablue vuln⁹ cū aqua mellis in q̄ decocta sit herba q̄ dr̄ viccia vel liguꝫ: dat̄ de ipsa ad comedendū bob⁹ ⁊ equis: ⁊ decoquat̄ aq̄ illa decoctionis viccie cū melle tādiu donec deueniat ad spissitudinē mellis: ⁊ in illa intingat̄ tāta ⁊ ponat̄ in vulnere: ⁊ h fieri debet bis in die donec vuln⁹ fuerit optime mūdificatū: ⁊ inde intinguat̄ tāta cū vnguēto anacli. s. de palma: ⁊ mittat̄ in vulnere donec fuerit liberat⁹. Et h cura cōuenit illis qb⁹ etas ⁊ cōplexio fuerit tēpata. Sed illi cui etas fuerit senectutꝭ: vel cōplexio ei⁹ sicca valde extiterit: pone cū viccia ad buliendū in aq̄ de radice riglitie: ⁊ de succo blete: demū illā decoctionē bullias cū melle ad spissitudinē ⁊ in illā intingue tātā ut dictū est: ⁊ cū madefacta fuerit tāta i illo liquore sparge desup aliqd de ture adusto. Si vō fuerit puer ⁊ mollis ꝯplexionis sufficit aq̄ dulcis decocta cū melle intinguēdo in illa tātā ⁊ ponere ipsā ad ꝓfundū apatis. Si aūt ꝯplo ei⁹ fuerit tpata ⁊ eq̄lis: p̄cipe ut ponatur tātū tāta seu tasta intincta in vnguēto alnachi. i. d palma: ⁊ alia die madefacta in aq̄ decoctiōis viccie decocta cū melle ad spissitudinē. Si vō fuerit patiēs in senio constitut⁹ vel dure carnis valde pone desup tātā intinctā cū alnachi aliqd de vitriolo pulverizato: qđ si fuerit mollis cōplexionis in illa etate: sufficiet vnguētū alnachi. ¶ Sed in vesicis illis q̄ arabice noiant̄ demonis oportet ut sollicite attendas qs hūor est ille q dn̄at̄: qm̄ si fuerit sanguis sufficit tibi minutio seu flōmia. Si aūt fuerit cola purga eū cū sero capno coagulato cū lacte fici ponēdo in vnaq̄qꝫ libra ipsi⁹ q̄rtā ptē auř. vni⁹ de scamonea: q̄ arabice dicit̄ machamuda: ⁊. ʒ. i. sirupi de masticis regēdo infirmū cū ista medicina quēadmodū diximꝰ in alijs medicinis laxatiuis: ⁊ ciba eū cū pane bn̄ fermentato ⁊ cū lactucis decoctis cū pauco aceto ⁊ oleo de oliuis. Et si vis ponere aliqd cū ipsis de carne hedi vel pulli facere potes. Si vō tibi notū fuerit q dict⁹ hūor fuerit melancolic⁹ oīb⁹ modis studeas ad expellēdū ipsū cū medicinis q̄ hūt illū hūorē educere: ⁊ iā supi⁹ docui qđ medicine q̄ hn̄t dictū hūorē euacuare ⁊ purgare: sunt sicut barburia ⁊ epithimū et ellebori nigri: ⁊ lapis lazuli: ⁊ feci te scire etiā q medicine q̄ sunt ex mineris fortiores sunt valde illis q̄ sunt ex vegetabilib⁹ ⁊ cōmēdaui tibi sīlr lapidē lazuli in h casu reꝑhēdendo adamātē. s. calamitā ꝓpt ipsius violētiā: ⁊ sit cura tua s̄m q cognoueris de grossitudine hūoris: qm̄ si fuerit grossus valde ꝓpina ei dictas medicinas cuꝫ tota sua suba frāgēdo eoꝝ angustiā ⁊ violētiā ⁊ q̄ h hn̄t facere: iaꝫ scripsi tibi alias. Si aūt dict⁹ hūor fuerit nō multū grossus sufficiet dare solā aquā calidā in q̄ dicte medicine fuerint infuse ꝑ noctē vnaꝫ ⁊ diē: ⁊ colatā: ⁊ de illa dare paulatiue ꝓut tibi videbit̄ cōuenire: ꝯsideratꝭ p̄seruatis cōditionib⁹ notis q̄ sunt h. s. tpa: anni: ꝯplo: etas: virt⁹: regio ⁊ cōsuetudo: ⁊ misce cū dictis medicinis aliqd de delectabilib⁹ ⁊ amicabilib⁹ nature: sicut est mel qđ est delectabile nature ⁊ sapiđ lingue ⁊ amicū epati: ⁊ est cib⁹ ⁊ medicina ⁊ hijs rōnib⁹ ⁊ causis ponit̄ i medicinis: qꝛ medicine mutant ⁊ alterāt corp⁹: q̄re nā eas abhorret: ⁊ delectat̄ in reb⁹ q̄ mutāt̄ ⁊ alienāt̄ ab ipsa nā leuit̄: sic ē panis ⁊ caro ⁊ mel ēt qm̄ mel non alterat ⁊ imutat corp⁹ sicut facit pip ⁊ cucurbita ⁊ psiliū ⁊ hijs sīlia: ⁊ qꝛ mel delectabile est nature ꝓpt hoc ab ipsis ponit̄ in medicinis laxatiuis ⁊ i alijs q̄ nō sunt laxatiue. Et si nō reperiret̄ mel: pone loco eius aliqđ dulce sicut est zuchaꝝ qđ est amicū stomaci ⁊ pulmonis ⁊ vesice ⁊ est meli⁹ melle. ⁊ G. noiauit. s. zuchaꝝ mel Sꝫ in egritudinib⁹ i qb⁹ cola suphabūdat valde caue ne des dulcia: ⁊ sufficiet sirup⁹ de masticis sicut dixi supius. ¶ Receptio ꝯueniēs huic passioni. ℞e. barburie recētꝭ epithimi riglitie passulaꝝ enucleataꝝ violaꝝ. an. ʒ. i. lapis lazuli q̄rta pars. ʒ. i. ellebore nigri ⁊ folioꝝ collogntide an. auř. ii. q̄ sunt cōquassanda cōquassa: ⁊ q̄ sunt pistāda pistent̄: ⁊ infundant̄ ꝑ noctē vnā in feruenti aq̄ ⁊ postea manib⁹ fricent̄ ⁊ stringant̄ ⁊ colent̄ fortiter exp̄mēdo ⁊ in. ʒ. viij. isti⁹ aq̄ pone de sirupo masticino ⁊ nenufaris ⁊ pomoꝝ: ⁊ de vnaq̄qꝫ. an. ʒ. ij. ⁊ đ scamonea octauā ptē auř. vni⁹ ⁊ ꝓpina ei ad bibēdū. Si vō fuerit sufficiēter nō purgaret̄ adde de dicta aq̄. ʒ. i. ⁊. s. cū. ʒ. s. dictorū sirupoꝝ: regēdo eū sicut dictū est in alijs laxatiuis. Si vō dict⁹ humor fuerit grossus in vltima grossitie nō sufficiet dare infusionē dictaꝝ medicinaꝝ solū: imo cōuenit exhibere medicinas cū sua totalitate. Receptio apta ad hoc ℞e. lapidis lazuli barburie ⁊ epithimi ⁊ succi riglitie an. auř. ij. ellebori nigri ⁊ amigdalaꝝ excorciataꝝ. an. auř. i. ⁊. s. bdellij et sticados. an. ptes tres auř. i. folioꝝ collogntide q̄rtā ptē auř. i. pistent̄ oia ⁊ incidant̄ folia collogntide et misceant̄ cū amigdal' excorciatis pistatis ⁊ cum q̄rta pte gūmi arabice: q̄ arabice dr̄ catbira madefaciēdo oia predicta cū oleo rosaceo ⁊ cū sirupo sgnzabi ⁊ cū sirupo riglitie sil' mixtis in formādo madaleonē: ⁊ recipiat̄ đ isto auř. v. cū aq̄ calida postq̄ꝫ cognoueris patiētis virtutē eē sufficiētē. Et si nō plenarie purgaret̄ dabis ei de eodē medicamine auř. i. ⁊ cū fuerit purgat⁹ ꝑfecte cibabis eū cū gallina decocta in tassea vel carne hedi. Et q̄uis h superi⁹ dixerim q iste hūor ꝓpter sui grossitudinē acuitatē ⁊ maliciā nō sit purgand⁹ in vna vice: adhuc tibi reitero q ē educend⁹ in plurib⁹ vicib⁹ ponēdo spaciū int̄ vnā purgationē ⁊ aliā ad min⁹ tot dies quot sellas asellauit infirmus. Si aūt dict⁹ humor grossus fuerit vehemēter q̄si in grossitie vltima ⁊ nō fuerit cert⁹ qđ sit melancolic⁹ oīno dabis de hoc supradicto medicamine cum suba sicut dictum est: addēdo de cartamo ⁊ seie vrtice q̄ꝫtū scriptuꝫ est de barburia. Cognoscēdo certissime quod flegma qn̄ in vltima grossitie repit̄ seqt̄ vestigiū melancolie et regit̄ illo modo. ¶ Si vō dicta passio fuerit ex alijs spēb⁹ flegma. q̄ non fuerit in tanta grossitie purgabis eū cū cartamo ⁊ semine vrtice ⁊ hijs sīlib⁹. Et si patiens fuerit multū flematicus adde aliqd de colognitida. ¶ ℞e. apta ad h. ℞e. seis cartami ⁊ vrtice an. auř. x. violaꝝ ⁊ ligritie. an. auř. v. thumei. auř. ij. ysopi. auř. conquassent̄ oia ⁊ infundant̄ per noctē vnā in aqua feruēti valde colet̄ fricādo ⁊ fortiter exprimēdo: et de ista colatura recipiat̄. ʒ. v. ⁊ sirupi masticis ⁊ sgnzabin. an. ʒ. i. ⁊ grana ordei. ij. de tarasca excorticata ⁊ pistata: q si non sufficienter purgauerit: adde de dicta infusione cum. ʒ. de dictis sirupis: ⁊ regatur sicut dictum est in alijs laxatiuis.

¶ Capitulum de prurit͡u.

In prurit͡u necesse est tibi ut ꝓuideas si cā sit cole
rica ꝙ si fuerit sufficit purgatio cū sero capꝛino: ⁊ si
manifestū tibi fuerit ꝙ sit ex acuitate sanguis: fac
minutionē ⁊ regimē eius sit latuca decocta cū aceto ⁊ oleo
aut caro hedi. Sꝫ dico ꝙ caro galline lōge est melior in h̄
casu carne hedi. Qd̄ si scieris certissime qd̄ dicta passio ꝓ
cedat ab humore adusto: ⁊ illud ꝙ ꝑ certo scit̄ qm̄ locꝰ in q̄
fuit reliqt vestigiū nigrū. Et h̄ scies etiā ex accidētibꝰ vi-
delicet vtrū cito digerat̄ vel nō: ⁊ ex forti vl̄ nō forti mor
dicatione ⁊ acuitate: ⁊ etiā si in gratando vel fricando ma
gnā sentit delectationē vl̄ nō. Qd̄ si magnā sentit delecta
tionē peior est oībꝰ in ingetudine ⁊ tedio: qꝛ ē ex colˀa. Et
pruritꝰ q citiꝰ digerit̄ est ex sanguie: ⁊ maiorē in corpe op
primet locū. Et q fit ex hūore adusto difficiliꝰ digerit̄ alijs
hūoribꝰ. Sed si dictꝰ hūor fuerit ex melancolia: ꝓpina ei
ad bibendū ius galli veteris ꝯq̄ssando ossa eiꝰ ⁊ frāgendo
ipsa añ decoctionē: ⁊ pone tertiā ptē pōderis ipsiꝰ galli d̄
barburia recēti: ⁊ coquāt̄ sil̄ tādiu donec dissoluunt̄ ossa ⁊
caro: ⁊ postea frica manibꝰ ⁊ colet̄ fortit̄ exprimēdo: et de
isto iure da ei ad bibēdū. ℥. vj. Et cū fuerit purgatꝰ rege
eū sicut dictū ē in alijs laxatiuis. Qd̄ si fuerit dicta passio
ex hūore flegmatico grosso valde: ⁊ h̄ scies qꝛ scabies erit
maior: dabis etiā ei de isto iure sicut dictū est. Si aūt pru
ritꝰ dictꝰ subtilis fuerit sufficit ei regimē ordinatū: sicut ē
dare ei lactucas decoctas cū aceto: ⁊ carnes hedoꝝ ⁊ galli-
narū ⁊ similiū: et inunge eū cū oleo rosaceo ponēdo in vna
quaqꝫ. ℥. olei rosacei aur̄. i. de altbitrā subtili.

¶ Capl̄m. ij. de variolis.

Et accidūt qdē in hoībꝰ variole et morbilli ita ge-
neralit̄ qd̄ pauci vel nulli reperiunt̄ qbꝰ non eue
niāt: et materia haꝝ passionū ē sanguis corruptꝰ et malꝰ
mēstrualis ex q̊ embrio in vt̄o matris ꝑ vmbilicū nutrit̄
et augmētat̄. Cū aūt post natiuitatē natˀ incipit inualesce
re et fortificari nā ꝯfortata expellit hunc hūorē malū ⁊ cor
ruptū ad exteriora: ⁊ cū mouet̄ nā ad hāc expulsionē faciē
dā excitat̄ ꝑ maiori pte febris valida: et aliqñ cum ea fit
alienatio: et differētia q̄ est int̄ variolas et morbillos est
qꝛ variole generāt̄ ex humore magis grosso: et morbilli ex
subtili et sicco ꝓcreāt̄: ⁊ ꝓhibitū a medicis ē dare i morbil
lis medicinā laxatiuā ne hūores inficiāt̄ ⁊ ad venēositatē
ꝯuertāt̄: ⁊ ꝓhibēt etiā dare carnes ⁊ alia cibaria hijs silˀia
Sed p̄cipiūt in hac passiōe dare lentas decoctas in aceto
tm̄modo. Ego vō bñ ꝯsentio cū hijs etiā latucas decoctas
cū aceto ⁊ medullas citroli et angurie: et ad bibēduꝫ aquā
ordei et angurie: et etiā in cibo da eis cucurbitā valde co-
ctā et cū sim assuetꝰ sic agere possuꝫ me multū collaudare et
nunqꝫ volui dare istis syrupos aliqs dulces ne angurio
timēdo ꝓpter dulcedinē: ne ꝯuertat̄ ad colˀam. Et scias qd̄
variole frequent̄ accidūt in oculˀ ⁊ sunt cā ꝑditiōis visus
q̄re a p̄ncipio studere debes ꝓijcere in ocul̄ eoꝝ aquā ro.
in cuiꝰ. ℥. ij. sit infusum aur̄. ij. sumachioꝝ: ⁊ distillab̄ ex
ipsa in ocul̄ pluribꝰ vicibꝰ i die: ⁊ euadet ⁊ p̄seruabit̄ ab il
lo ꝑiculo et nocumēto cū adiutorio dei: et pauci sunt q pfe
cte sciāt regere hos patiētes: qm̄ dāt eis dulcia ⁊ illud qd̄
cogitāt stultiˀ vulgares. s. qd̄ qñ ꝯsulūt dare in morbillis
et variolis mel et pisces salses ꝓ saluteˀ eoꝝ: dico qd̄ ē mi
rabile valde ꝙ nō moriūt̄. Sꝫ generalit̄ dico ꝙ q recipiūt
ꝯsiliū ab istis vulgaribꝰ stultꝭ et euadūt a morte: ꝑ certo h̄
nō est nisi qꝛ nōduꝫ venit hora ⁊ terminꝰ sui finis: qm̄ ꝓ
angustia et labore et augmētatōe et fortitudine egritudis
absqꝫ dubio ꝑire deberēt. Ego fui vnꝰ ex illis q cecidi in
illo errore: qꝛ cū essem paruus habui variolas: et pr̄ meꝰ
nō erat mecū: et ꝯsilio quorūdā cepi mel et ex illa angustia
et labore et fortitudine egritudis quā habui mirꝫ fuit qd̄
euasi: sed sp̄ in toto tp̄e vite mee fui memoratꝰ de melle: et
oīno cauēdū est ne vngat̄ cū narcoticis aliqbꝰ. Sed ē op-
timū iungere eos cū medulla ossiū boū vel ceruoꝝ. Cā āt
et mā morbilloꝝ est hūor calidꝰ et siccꝰ ꝓcreatꝰ a sanguine
mēstruali in vtero mr̄is ex q̊ nutrit̄ embrio: q̄re elōgandi
sunt oīno tales ab oībꝰ dulcibꝰ et ab oībꝰ sp̄ebꝰ carniū: sed
regēdi sunt in oībꝰ sicut habentibꝰ variolas: et iungātur
tātūmodo q indigent vnctōne cum mellis p̄dictis.

¶ Cap. iij. de morfea alba q̄ nō rubescit ꝓpter fricatio-
nem nec aliqua alia causa.

Et orit̄ in capite aliqñ morfea alba lucida q̄ cū fri
cat̄ nō rubescit: ⁊ si vlcerat̄ nō eijcit sanguinē: ⁊ cā
huiꝰ est debilitas virtutꝭ mutatiue epatꝭ ex q̄ corrūpit̄ mu
tatio in alijs mēbris illa de cā: et pōt etiā accidere h̄ passio
ex frequēti et forti et inordinato motu alicuiꝰ de loco ad lo
cū: et h̄ sp̄ēs cū accidit est incurabilis. ¶ Re. Cap.
iiij. de morfea alia q̄ rubescit ex fricatione.

Et hec est alia sp̄ēs morfee albe q̄ generat̄ ex debi
litate v̄tutꝭ mutatiue mēbroꝝ corꝑis: qm̄ qñ nu-
trimentū aduenit eis nō sunt sufficientes ꝑmutare eū in
colore debito sicut decet. Et cura huiꝰ est calefacere mēbra
fricando ipsa fricatōe forti: et iungere ea silr̄ cū vnctionibꝰ
calidis et incisiuis et aptiuis: et sūma intētio tua sit in cō-
fortādo epar cuꝫ rebꝰ aromaticis ꝯfortātibꝰ ipsuꝫ cū apti-
uis habētibꝰ aliquātulā amaritudinē: et vtat̄ patiens ea
q̄ hñt epar ipinguare: et q̄ hñt digestiuā ꝯfortar̄. ¶ Rece
ꝑtio ad h̄. Re. yreos radicis feniculi masticis spice sqnā-
ti asari an. aur̄. iij. riqlitie mundate ad pondꝰ oīuꝫ: q̄ sunt
ꝯquassanda ꝯquassent̄ et infundāt̄ in q̄rta pte vniꝰ qnta
rij aq̄ dulcis ꝑ noctē vnā: et mane bulliant̄ lētoigne vsqꝫ
ad ꝯsūptionē medietatꝭ et colēt̄: et in colatura illa pone sy
rupū de citris ⁊ syrupū feliculi et malorūgranatoꝝ an. li.
ij. et bulliant̄ sil̄ vsqꝫ ad ꝯsūptionē decoctionis: et ꝓpina
ei oī mane de isto syrupo. ℥. ij. cū. ℥. v. aq̄. Et cū aur̄. iiij
zuchari ro. ⁊ pone sup locū morfee h̄ emplastꝝ. Re. rubee
tintoris farine lupinoꝝ an. ptē vnā: cētauree minoris ꝑs
media seīs lini octaua ꝑtis vniꝰ: pistet̄ q̄libet res ꝑ se ⁊ in
corporēt̄ sil̄ cū aceto: ⁊ pone sup locū morfee cū folijs vitis
recētis vel similiū: et cū exiccat̄ muta illū: et si fuerit delica-
tus pone medietatē aq̄ et medietatē aceti. Et regimen eiꝰ
sint turtures p̄parate ⁊ valde decocte i tassea ⁊ aues pue ne
moris et pulli et pulle assati ¶ Re. ca. v. de morfea nigra

Morfea qdē nigra est macula nigra ꝯgregata in cu
ti corꝑis. Et cā huiꝰ est hūor adustꝰ inuiscatꝰ et re-
tentꝰ in mēbris q qdē a nā extra pulsus ē ꝑ sudo-
re: et accidit etiā h̄ egritudo qñ aliqs balneat̄ et nō fricat̄
cutis eiꝰ exteriꝰ cū aliqbꝰ abstersiuis et mūdificatiuis sicut
sunt ista pulma melonū aut eoꝝ seīa vel mel aut zuchaꝝ
vel eoꝝ siliuꝫ: cū retinet̄ h̄ supfluitas in cuti vel sub cuti
generat̄ morfea nigra. Et curat̄ h̄ passio cū emplastro dcō
in morfea alba: et cū regimine in eadē dicto: et cibēt̄ cū pul
lis p̄paratꝭ in tassea qm̄ est cibꝰ ꝯmēdatꝰ in eis ⁊ turtures
et carnes hedi etiā cōpetūt in hac egritudine. Et oleū isto
rū sit oleū amigdalarū dulciū: et aues pue nemoris sunt
cōueniētes etiā: et abstineat se oīno ab oliuis ⁊ caulibꝰ et
ab oībꝰ generantibꝰ melācoliā: et in sūma dico qd̄ sit cōtē-
tus cibis p̄dictis et silibꝰ illis. ¶ Re. cap. vj. de gra-
nulis paruis que accidunt in corpore toto.

Et generāt̄ aliqñ in corꝑe hoīs granula ꝑua mlta
rubei coloris q̄ arabice dicūt̄ alchalaꝫ. Et exeunt
h̄ granula ex orificijs venaꝝ capilariū: et cā hoꝝ ē ex vbe-
rātia sanguis acuti q exit ex orificijs paruaꝝ venaꝝ ⁊ sub
tiliū et adheret ibi: et scias qd̄ q̄libet sanguis cū exit ex sua
vena mutat colorē et denigrat̄: et h̄ plurimū accidit ex ne
gligentia minutionis. Quare in cura incipiendū est a mi
nutiōe dextri brachij trahēdo de sanguine s̄m qd̄ tibi vi-
debit̄ ꝯuenire: qm̄ ꝯuenit etiā acuitati sanguīs. Et fac ei
syrupū ad rectificādū suā cōplexionē. Re. riqlitie et iuiu
be. an. ℥. iiij. capilloꝝ veneris et seīa cucurbite et angu-
rie. an. ℥. ij. violaꝝ et sebestē. ℥. i. ꝯq̄ssa q̄ sunt ꝯq̄ssanda
et infunde etiā in. xxiiij. lib. aq̄ ꝑ noctē vnā: et i mane bul
liāt lento igne vsqꝫ ad ꝯsūptionē medietatꝭ: colent̄: et in il
la colatura ponāt̄. x. lib. zuchari et mellis et tamarindoꝝ
an. lib. ſ. aque rosacee. lib. i. et bulliant iteꝝ vsqꝫ ad deco-
ctionē syrupi: ⁊ de isto syrupo ꝓpinet̄ patiēti oī mane. ℥.
ij. cū. ℥. vj. aque. Et regimen eiꝰ sit panis bñ fermentatꝰ
cū gallina decocta cum cucurbitis vel portulacis.

¶ Re.ca. vij. de vesicis duris que arabice dicūtur alsella id est petrose.

E T oriunt̄ aliquādo in corpe vesice dure que generant̄ ex humore flegmatico frigido ⁊ grosso valde ⁊ ideo suntab sq̄ȝ dolore. et sanie parue quidē sunt levioris curationis magnis. Et cura harū est subtiliare regimē valde ⁊ dare ei syrupū incisiuū ⁊ subtiliatiuū flegmatis aptiuū opilationis sicut est syrupus sqnzabin compositū de melle. ⁊ postea euacua corpus cū medicinis trahentibus illum humorē. desup pone emplastrū factū ex armoniaco ⁊ aceto. Quod si dicte vesice fuerint magne. cura erit difficilis valde. ⁊ possent in tali loco supuenire quod nō possint cū operatione manuū eradicari. quod si sunt in loco apto ⁊ cōuenienti ad eradicandū cōsuetudo magistrorū est scindere cutim et ipsas extra euellere ⁊ extirpare. Et est possibile ꝙ he vesice primo oriūtur parue. demū procedente tempore crescunt et augmentant̄ valde. ⁊ nutriuntur ex nutrimento adueniēte eis sibi apto ⁊ simili. et specialiter quādo infirm⁹ comedit pisces et panē azimū et frigidum lac et horū similiū qm̄ talia cibaria procreāt istam passionē et exptus sum in paruis ponere emplastꝝ de nargissis pistatū ⁊ malaxatū cum aq̄ q̄ȝ optime remouētur in eo. ⁊ ꝓbaui etiā dare oī die aur̄. i. ieiuno stomacho de medulla seminū eius ad cōedendū qđ liberant̄ inde. et ꝯfert etiā emplastrare ipas cū charsicafua. i. panicald. Et aliqñ he vesice generāt̄ ī iūcturis ⁊ sunt absq̄ȝ punctiōe. q̄ ab ātiqs nominant̄ pustule. iuncturoꝝ ⁊ fiunt ex humore grosso inuiscato in locis illis. que a frigore exteriori indurant̄. Et q̄ȝ uis a medicis nostris plura medicamina sint rememorata Ego tamē magis comēdo ceteris medicaminib⁹ sciētia dicta de nargis comesta et emplastrata.

¶ Re. cap. viij. de verucis et poris.

E T generātur aliqñ in corpe veruce seu pori quorū species sunt multe q̄ȝ ex eis sunt que fiunt ex sanguine grosso. ⁊ sunt de genere granularū puorum que arabice dicūtur alchali. et de eis parū supius fecimus mētionē. Et cura eadē existit. et aliq sunt sicce valde ⁊ eminēt exteri⁹ multū ⁊ iste generat̄ ex flegmate grossissimo terrestri ⁊ frigido ⁊ cura huius est specialiter purgare illū humorē. Et hoc optime fit cū isto medicamine Re. aloes agari barburie recētis medulle carthami seminis v̄tice succi riquilicie interioris colloquītide an. pondus granoꝝ ordei ij. succi cucumeris asinini vel succi foliarū eius pōdus grani vni⁹ dimidij ordei pistētur quelibet p se. p̄ter colognitidam. que incidenda est cū forficib⁹ minuti et in corpa simł oīa cum oleo de sereg. et cū aureo. i. grani fisticoꝝ vel amigdalaꝝ dulciū et tantundē de gumma arabica ⁊ cōfice totuȝ simul cū syrupo de sqnzabin. et ꝓpina infirmo de ista ꝯfectione pondij. iiij. aur̄. post custodiā ipsi⁹ aliquoꝝ dieꝝ: ⁊ si nō purgaret̄ sufficiēter. adde aliqd de residuo cū aqua calida regendo eū sicut in alijs laxatiuis. ⁊ hoc medicamē confert regēdo eū cū regimie ordinato. s. cū pane bene fermentato ⁊ pullis ⁊ gallinis in taffea ⁊ pone sup veruchas aliquid de carobis humidis pistatis donec cadant. ⁊ da eis etiā que faciūt eas cadere est oleū qđ remanet seu qđ eliq̄t̄ a caseo veteri ⁊ antiquo retēto in vegetib⁹. istud enī desiccat eas absq̄ȝ dubio. ⁊ facit eas citissime cadere. ⁊ hoc etiā facit oleū de frumēto et oleū lupinoꝝ silr. Et est adhuc alia species pororū qui ꝓfundati sunt in carne multū. ⁊ eminent etiā exteri⁹ ⁊ noiant̄ porri ꝓfundati. Et cura est eadē p̄dictoꝝ. s. cū regimine ⁊ purgatione. sed indigent cū hoc eradicatione cū manu.

¶ Re. ca. ix. de tineositate.

H Ec quideȝ passio generat̄ in corpe ex hūore sicco et grosso sicut fiūt pori ⁊ veruce. p̄ter qđ siccitas hui⁹ humoris nō est tāta q̄ȝta est siccitas q̄ facit poros. Et cōfert valde in hac egritudine laxatiuū noiatū ī poris. ⁊ pone desup babalzabar. malaxatū cū aqua. ⁊ curat̄ inde. Et cōfert etiā inunctio de oleo cū frumēto vel cū aliq̄ ex alijs dictis in verucis. Et d̄r ꝙ hec egritudo etiā generat̄ ex cōestione lacertaꝝ. et tūc ꝯfert valde sumere de tiriacha magna a q̄rta pte aurei vni⁹ vsq̄ȝ ad aureū. s. ieiuno stō cum aq̄ tepida ⁊ nō cōedat postea vsq̄ȝ q̄ trāseāt hore. viij. Et proprietas lacerte est qđ si qs cōederit eā vł biberit ex aq̄ in q̄ fuerit mortua. magnū corpi infert nocumētum Et mihi cū eēm in marestrañ. a abovitali accidit hoc. s. qđ in aq̄ q̄ȝ bibebā pcipiebā horribilē odorē ⁊ oī die mihi videbat̄ multiplicare. q̄re ordinaui ⁊ feci hoīeȝ intrare puteū ad vidēdū qd hoc eē posset credēs qđ aliqua reptilia intus cecidissent. ⁊ ille quesitor inuenit lacertas mł̄tas mortuas. ps q̄ꝝ erat dissoluta ⁊ ps nō. vñ timēs ne iñ posseȝ hr̄e nocumētū. incepi bibere de tiriacha ⁊ recepi de ea plurib⁹ vicib⁹ ⁊ sic euasi a nocumēto gr̄a dei. Et p⁹ lōgū tps orta fuit mihi pustula ad modū granule sup puncrā nasi. Et ego desup posui de tiriacha. eo q̄ȝ cognoui qđ illud erat ex humore venenoso a natura expulso. qui qdem humor generat⁹ fuit ab aqua lacertaꝝ predicta.

¶ Re. cap. x. de corruptione cutis.

E T orit̄ aliqñ hec passio in corpe ⁊ hec fit ex habundantia humoris melācolici mali mł̄tiplicata ī corpe q a natura exteri⁹ expellit̄ ad cutē. q̄ȝ virt⁹ nutritiua cutis ex toto corrūpit̄. ⁊ ideo nō nutrit̄. ⁊ cū natura tenet̄ ipm̄ exteri⁹ expellere ⁊ nō p̄t. excoriat̄ cutis ⁊ depilat̄. ⁊ hic hūor est malus valde. sȝ tñ est ꝓ bono. q̄ȝ exteri⁹ ē expulsus. Et cura hui⁹ est. mūdare corp⁹ ab isto hūore malo melācolico cū reb⁹ p̄scriptis q̄ hñt istū hūorē educere. s. cuȝ barburia epithimo lapide lazuli ellebcro magno ⁊ silibus et de. v. in. v. dieb⁹ da ei aur̄. 5. de tiriacha cū. ℥. i. de sirupo. ⁊ de riglicia ⁊ ter tantū de aq̄. ⁊ tardet comestionē vsq̄ȝ ad. viij. hōr. ⁊ postea cōedat panē bene fermētatū in brodio galine facta in taffea et bibat de brodio galline multū. ⁊ epithima cutiȝ cū seīne melonis excorticatis ⁊ flore camomille q̄ꝝ ptes sint eq̄les pistatis ⁊ malaxatis cū aq̄ dulci ⁊ tene desup omni die mutādo ipm̄.

¶ Caplm. xi. de lepra.

E T orit̄ aliqñ. s. cācruȝ pessimū in corpib⁹ hoīm. s. lepra. ⁊ hoc ē manifestū q̄ȝ est maxia egritudo ⁊ ꝓ maiori pte accidit ꝓpter vicinitatē ⁊ ꝯtractiōȝ more cū ipsis leprosis ⁊ fit etiā ꝓpter cōestionē ciboꝝ destruētiū cōplonē ⁊ qñ hec egritudo inualescit ⁊ superexcedit. ē difficił curatiōis valde. tñ si spasm⁹ nō affuerit vel supuenerit in aliq̄ mēbro possibił est cura ei⁹; q̄ȝ intētio pria q̄ȝ hr̄e debes in curatiōe h⁹ passiōis ē in apiēdo opilatiōes splenis ⁊ hoc cū corticib⁹ radicis tamaricis. ⁊ corticib⁹ radicis capparis. ⁊ pone cū eis de riglicia ⁊ passuł ad frāgēdū eoꝝ acuitatē. Receptio apta huic passioni. Re. corticis radicis tamaricis. ⁊ sqnati. an. ℥. i. polij montani qđ d̄r arabice iabada. ⁊ camomille. an. ptes tres. ℥. i. mentastri ⁊ asare bachare. mēte. an. ℥. 5. cētauree minoris q̄rta ps. ℥. i. q̄ sint ꝯq̄ssandā ꝯq̄ssent̄ ⁊ infundāt̄ in. x. lbr. aq̄ p noctē vnā cū tāta riglitia q̄ȝtū oīa p̄dicta ⁊ mane bulliāt lento igne vsq̄ȝ ad ꝯsumptiōȝ tertie ptis. ⁊ colent̄ ⁊ cū illa colatura ponāt̄ lbr. ij. zuchari. ⁊ bulliāt̄ silr̄ vsq̄ȝ ad spissitudinē. ⁊ de isto sirupo bibat patiēs q̄libet mane. ℥. ij. cū aq̄ calida ⁊ regimē ei⁹ sit panis bñ fermētat⁹ ⁊ galline p̄pate ī taffea ⁊ loco olei oliuaꝝ ponat̄ oleū amigdalaꝝ dulciū. ⁊ postea purga hūorē melācolicū dādo ei medicinas euacuātes melācoliā cū tota sua suba sicut iā dixi tibi. sicut ē polipodiū ⁊ epithimū ⁊ eleboꝝ nigrū. ⁊ hoꝝ silia. Re. ad hec Re. agarici polipodij recentis lapidis lazuli. an. aur̄. ij. elebori nigri aur̄. i. folia collogntide q̄rta ps aur. i. scamonee octaua p s aur. i. incidat̄ collogntida cū forficib⁹ minutissime ⁊ misceāt̄ oīa cuȝ puluere dragātoꝝ ⁊ fisticis ⁊ amigdał pistatis an. aur. i. ⁊ cū oīa fuerit optime pistata incorꝑent̄ cū syrupo de corticib⁹ cirroꝝ ⁊ sqnzabin. ⁊ doxis h⁹ medicamis sit. aur. vi. cū aq̄ calida et si nō sufficeret addat̄ de p̄dicta aur. i. ⁊ rege eū sicut dictū est in alijs laxatiuis. ⁊ est necesse in hac medicina ut ponat̄ spaciū inter assumptionē vni⁹ medicine ⁊ alterius ꝓ q̄libet sella duos dies. ⁊ ī hieme in oīb⁹ octo dieb⁹ fac p̄pare serꝑētē vnū pinguē sciam et decoctā in taffea postq̄ȝ

amputatū fuerit ei caput ⁊ cauda sicut decet/ prepeꝛ autē fꝛ incidat a capite et cauda p. iiij. digitos. excoꝛriget ⁊ intrinsecus emūdet ⁊ abluat ⁊ bñ bulliat in aq̄ cum sale ⁊ anetobis postea decoq̄tur in taffea et madefaciat panē suū ī iure illo ⁊ bibat de illo. et nō comedat postea aliqđ aliđ donec cibꝰ ille fit digestꝰ. In alijs aūt diebꝰ cōedat gallinas ī taffea: et bibat brodiū ipsaꝝ freq̄nter qm̄ illđ brodiū est eis medicīa sublimis ⁊ melioꝛ oībꝰ. Octo diebꝰ bibat aur. vi. tiriace magne. Et id qđ meliꝰ est eis faciēdo q̄ dixim̄ꝰ ē ut magnifice se custodiat. a contrarijs et assuescat brodiū gallinarum quantū potest.

¶ Reme. ca. xij. de caldar ⁊ de sellegtbadar. est difficultas vel priuatio sensus vel motꝰ. vel amboꝝ sl̄. qñ est in aliquo membro singulari. feleg vero est que fit in vna medietate totius coꝛpoꝛis ⁊ latine dicit̄ palisis.

dabili. Sed quia sanguis qui naturaliter dicit̃ ⁊ est mẽstrualis: positus est ⁊ situs in corpore ipsius matricis: ideo embrio ab illo inficitur ⁊ accidit ei tinea que tinea vulgariter a latinis dicit̃ sagro: in facie ⁊ capite et destruitur appetitus eius: ⁊ corrumpit̃ ⁊ fit in eo appetitus comedendi lutuz uel carbones ⁊ similia. Et ille embrio qui recipit hanc infectionẽ rectificat eam inquantũ potest. ⁊ id qđ nõ potest remanet in corpore ⁊ morat̃ ibi. deinuz natura ipsi⁹ per temp⁹ simul extra eijcit ⁊ expellit. Mulieres vero post partuz si nõ bene fuerint purificate ⁊ euacuate ab isto sanguine menstruali multe species egritudinum eis possunt superuenire: scđm preparationẽ ⁊ naturã vniuscuiusq̨ ex quibus deficere possunt ⁊ deficiunt alique: ⁊ alique liberant̃ voluntate dei. Embrio autẽ pro certo dico q̄ nutritur ex bono sanguine puro ⁊ laudabili. Sed quia pro certo dictus sanguis menstruus in matrice infundit̃ ⁊ in corpore ipsis inbibitur: sicut vasa a liquoribus impositis inbibũtur eis. ⁊ resudando exterius humectant̃. Et quãuis vasa in vitreata longinqua sint ab infusione ⁊ inbibitione liquosorum: tamen videmus q̄ ex longitudine temporis recipiũt infectionẽ ⁊ inbitionem a fermento: postq̄z ibi factum fuerit ⁊ continuatũ tempore longo: ita q̄ post multã ablutionem si posueris ibi pastam azimam fermentabitur absq̨ fermento aliquo: q̄ non fiet in vase nouo. ⁊ hoc scemate cõmiscetur aliquid modicũ ex dicto sanguine in embrione: sed fortitudine matricis ⁊ ex alio multo ⁊ bono nutrimento quod recepit: nõ leditur dum permanet in matrice. Post exitum autez ipsius ab vtero nutritur infans ⁊ coadunat̃ calor naturalis in eum augmentat̃ ⁊ confortatur natura. ⁊ conatur digere ⁊ subtiliare predictum humorem malum ⁊ nociuũ ⁊ ipsum exterius expellere. ⁊ hoc fit cum labore forti ⁊ angustia magna. ⁊ febre valida atq̨ graui. Sed ex substantia predictorum grossorum humorũ fiunt variole ⁊ morbili que exeunt cum febre valida impetuosa ⁊ maligna: quoniam vides q̄ illi qui extrahunt butirũ a lacte: non faciunt illud nisi cum labore magno atq̨ forti valde. ⁊ motu laborioso atq̨ graui. Quare credenduz est q̄ in motu ⁊ expulsione variolarum ⁊ morbili illud idez accidere debeat. Etiam in precedenti eorum curaz rememorari proposse. Et causa quare de his hic feci mentionez fuit quia pauci euadunt ab eis. Et quia semper euenire consueuerunt tempore epidimie facte ex corruptione aeris vel causa aque putride uel corrupte: uel ex cibis malis ⁊ corruptis uel sumptis ⁊ cõmestis. Et etiam ad remouendum homines a mala opinione: quia credebant quãplures qđ embrio nutriretur in vtero matris a sanguine menstruo: quod falsum est sicut determinaui: et quia curam de eis superius ordinaui: ideo hoc scribere pretermitto nihilominus monitionem facio his in hoc loco: videlicet q̄ abstineant omnino a rebus dulcibus salsis. ⁊ bibant aquaz frigidam ⁊ puram aut aquam ordei. et elongentur ab omni laxatiuo penitus donec egritudo fuerit in declinatione et declinata multum: quãuis aliqui medici hoc facere assuescant. Si autem post alienationem ⁊ declinationem egritudinis reliquie alique remanere videant̃ in variolis nõ erit malum ipsas euacuare cum medicinis laxatiuis habentibus proprietatez remouendi acuitatem materie: sicut sunt tamarindi dissoluti in aqua: quia ipsas reliquias habent expellere ⁊ remouere: tamen pro maiori parte non indiges laborare cum istis. Et quia iam compleui quod determinare intendo in hoc loco desisto inquiete confidens in dominum.

¶ Completus est liber theisir almudanar cuz laude dei: editus in arabico a discreto viro Abumeron in practica et operatione medicine excellẽtissim⁹ fidelis regis Auẽzoar translatus venetijs in confinio sancti Saluatoris de hebraico in latinum a magistro Patauino phisico ipso sibi vulgarizante magistro Jacobo hebreo in medicina ⁊ alijs scientijs plurimum erudito.

¶ Incipit antidotariũ Abumeronis Auẽzoar cõpositũ.

Hec est particula antidotarij abumeronis auenzoar cõueniẽs illis qui nõ didicerũt scientiã medicine demõstratiuã ⁊ q in practica medicine minime sũt instructi. ⁊ colligũt̃ in hoc loco vniuersaliter cure egritudinũ cum syrupis ⁊ electuarijs ⁊ vnctiõib⁹.

Sirupus cõueniẽs sanis ⁊ cõseruat sanitatẽ cũ adiutorio dei ⁊ cõfert causis ꝓuenientib⁹ arteticam. Re. mirobolaꝝ citrinoꝝ indoꝝ. capilloꝝ veneris riglicie mũdate. violaꝝ. añ. ℥. i. corticis subtilis citri. scedeg. indi. sandali. rosaꝝ scis cucurbitaꝝ mũdataꝝ. añ. ℥. i. Juiube. x. nũero sgnanti. ℥. S. agarici aur. i. Quelibet medicina cõquasset̃ p se. ⁊ postea oẽs simul ponãtur. i. xv. lb. feruentis aque p̄ter mirobolanos ⁊ agaricũ: ⁊ bulliant vsq̨ ad cõsumptionẽ medietatis et collent̃. Et in illa colatura ponat̃ lb. S. succi feniculi deinũ habeas mirobolanos ⁊ agaricũ et pone eos in aquã. ⁊ fac bullire vsq̨ ad cõsumptionẽ medietatis. ⁊ cola. ⁊ aggrega postea has colaturas quib⁹ addes libras. vj. zuchari et fac bullire vsq̨ ad spissitudinẽ syrupi. et reponat̃ in vase vitreo vel optie vitreato. Syrup⁹ enĩ iste cõfert dolorib⁹ capitis q fiũt ex fumositatib⁹ malis que ascendũt a stomacho ad caput. ⁊ mollificat corpus. ⁊ ꝓuocat vrinã: ⁊ apit opilatiões corpis. et ꝯfert etiã venenis mal'. et remouet nocumẽtũ male aque.

Sirupus cõferens opilationib⁹ epatis et splenis et debilitati epatis ⁊ stomachi. dissoluit vẽtositatez absq̨ calefactione cõplexionis Re. semĩa melonis citroli. ⁊ cucurbite mũdate et scis scariole. ⁊ scis spagi masticis corticis subtilis citri. scedeg. i. folij indi. añ. ℥. i. scãdali. rosaꝝ. et scis ipsi⁹ an. ptes tres. ℥. i. scis chuscute. aur. iij Juiube. x. nũero. q̄ sunt ꝯq̄ assanda. ꝯquassent̃ et ponant̃ in. xc. lb. aq̄ feruentis p noctẽ vnã. ⁊ mane bulliant vsq̨ ad ꝯsumptionẽ medietatis ⁊ colent̃. et in illa colatura addent̃. aur. ii. reubarb. ⁊ zuchari libre. ix. ⁊ lb. i. mell'. ⁊ iterũ simul ad ignẽ ponant̃. et bulliãt vsq̨ ad spissitudinẽ. sirupi. Et bibat̃ de isto oĩ die cũ sitit cũ aqua tepida.

Electuariũ qđ ꝯfert stõ. ⁊ adiuuat digestionẽ ⁊ ẽ delectabile ad comedẽdũ. Re. corticis citri elixati in aqua. masticis rose. añ. ℥. i. macis. ℥. S. darsceni. et est cĩnamomũ nigꝝ et odoriferꝝ valde. aur. v. terat̃ qđlibet p se. ⁊ cribellet̃ subtilissime. et cõiungãt̃ simĺ. ⁊ ꝯficiãt̃ cũ syrupo de citonijs et de pomis dulcibus: quaꝝ partes sint equales: ⁊ fiat electuariuz ⁊ reponat̃ in vase vitreato: de quo comedere debet post cibũ qm̃ ꝯfert valde. Et si stomachus preparatus est ad vomendũ cã mali humoris retẽti in ipso: aut cã debilitat̃ ipsius: ꝯfert hoc aliud electuariũ Re. electuarij cimaꝝ vitis terminaꝝ lib. j. zuchari rosacei lib. i. misce simĺ. deinuz. Re. macis masticis corticis citri substilis. an. ℥. i. que terenda sunt tere: que sunt pistanda pistent̃: ⁊ simul misce in mortario donec optime incorporent̃: ⁊ si vis ipsum mollificare: mollifica ipsum cũ syrupo rosaceo retẽti: ⁊ repone in vase vitreolis vitreato. Dosis eius sint aur̃. v. Jstud enim ꝯfortat stõm: remouet vomitũ: ⁊ iuuat debilitatẽ stõi: ⁊ oibus spẽbus eructatiõis.

Sirupus ꝯferens debilitati visus ⁊ defectu ipsius ⁊ oibus spẽbus squinantie. Et debilitatib⁹ membroꝝ: ⁊ ꝓfunditati somni: ⁊ qb⁹ saliua in somnis effundit̃: ⁊ illis etiã qui cũ exeunt a somnio vana loquunt̃ ⁊ alienant. Re. rubee tintoris: capilloꝝ veneris: oliuarde idest policaria: acetuam. i. scolopendria: camedreos mirobolanoꝝ citrinoꝝ kebuloꝝ ⁊ emblicoꝝ ⁊ berilicoꝝ: sandali. an. i. ℥. scene feniculi. seminis masticis: thuinci. i. sticados an. aur̃. iiij. liquiricie mũdate. floꝝ venusaris. passularuz de suria enucleataꝝ. añ. quartã prẽ oĩuz supradictorum. Que sunt conquassanda cõquassent̃: ⁊ infundant̃ p noctẽ vnã in libris. xl. aque feruent̃: ⁊ mane bulliãt lento igne vsq̨ ad cõsumptionẽ medietat̃ aque: ⁊ colent̃: ⁊ in illa colatura ponant̃ libre. x. zuchari. ⁊ libre. iij. mellis. ⁊ decoquant̃ ad spissitudinẽ: ⁊ reconde in vase vitreato: de quo qualibet die bibant̃. ℥. ij. cum quater tanto aque calide: ⁊

confert cum adiutorio dei. Ad scrophulas

Sirupus vtilis scrofulis que oriuntur circa collum ⁊ sub ascell' ⁊ doloribꝰ iūcturarū: ⁊ remouet dissolutionē reumatū. Re. yreos lib. i. squināti ⁊ pancald. an. ℥. ij. masticis. aur. v. Que sūt ꝯq̄ssanda ꝯquassent ⁊ ponant per noctē in. x. libris aque feruent: ⁊ mane bulliant ad lentū ignē vsq̄ʒ ad ꝯsumptionē medietat: ⁊ colēt ⁊ in illa colatura ponant. ij. libre mellis ⁊. ij. zuchari: ⁊ simul bulliāt ad spissitudinē syrupi. Postea adde librā. i. fortis aceti: ⁊ iterū decoquant vsq̄ʒ ad spissitudinē: ⁊ reponant i vase vitreato. Dosis eius sit quolibet mane. ℥. cum ter tanto aque calide: ⁊ confert cum adiutorio dei.

Sirupus ad raucedinē vtilis valde. Re. suci caulis ⁊ suci raphani: ⁊ rosarū odoriferarū. an. lib. i. liquilitie mūdate. ℥. i. masticis. aur. iiij. Que sunt ꝯq̄ssanda ꝯquassent: ⁊ infundant p noctē vnā preter sucos in libris. iiij. feruent aque: ⁊ bulliāt vsq̄ʒ ad ꝯsumptionē medietat: ⁊ colent: ⁊ misce cū predict sucis ⁊ dissolue cū istis lib. i. medulle cassie fistule: ⁊ decoquant simul lēto igne vsq̄ʒ ad spissitudinē: ⁊ bibant de isto oī mane. ℥. ij. cū bis tāto aque calide: lambendo successiue ⁊ paulatiue. Ad digestionem

Electuariū qd sumit post cibū ⁊ adiuuat digōez. Re. ligni aloes macis corticis subtilis citri: anisi feniculi ⁊ suci liquilitie. an. ℥. i. masticis aur. v. quelibet pistent p se ⁊ postea simul iungant: ⁊ ꝯficeant cū electuario pomorū: ⁊ dent post cibū: q2 valet multum cū adiutorio dei.

Electuariū etiā cōueniens predicte egritudini ⁊ cōfert valde cū adiutorio dei. Re. dragagāti ⁊ suci riglitie. an. ℥. iiij. ⁊ pistent ⁊ bulliant lento igne: cum libris. ij. succi raphani: ⁊. ij. lib. zuchari ⁊ decoquant ad spissitudinem: ⁊ fiat loch. Ad tussim

Sirupus ꝯferens tussi cū adiutorio dei. Re. iuiube. sebestē. riglitie mūdate seīs rose seīs melonis ⁊ cucurbite. an. ℥. ij. masticis. corticis citri. an. aur. v. que sunt ꝯquassanda ꝯquassent: ⁊ infundantur p noctē in. xxiiij. lib. feruent aque. mane vō bulliant lento igne vsq̄ʒ ad ꝯsumptionē medietat: ⁊ colent: ⁊ in illa colatura ponant libre. x. zuchari: ⁊. ij. lib. mellis decoquantur simul vsq̄ʒ ad spissitudinem. de quo bibat oī mane a. ij. ℥. vsq̄ʒ ad. iiij. cū ter tanto aq̄ calide ⁊ ꝯfert cū adiutorio dei.

Pillule sīlr ꝯferentes huic passioni: cū adiutorio dei. Re. succi riquilitie ⁊ dragagan. penidiorū ⁊ gumme arabice. an. ℥. v. granorū pini: ⁊ amigdalarum dulciū. an. aur. iiij. pistent quelibet per se: ⁊ que sunt cribellanda cribellent: ⁊ ꝯfice cū syrupo rosaceo zuchari ⁊ bulliant postea aliquantulū lento igne: ⁊ informēt ad modū luppinorū: ⁊ teneant in ore die noctuq̄ʒ vna post aliam.

Sirupus aptꝰ torture oris. Re. rubee tentoris corticis citri: oliuarde squinanti asaraba chara: radicis apij. ℥. i. agarici centauree minoris. an. aur. v. cōquassanda ꝯquassent: ⁊ infundant per noctē in lib. xiiij. feruent aque. Mane vō bulliant lento igne vsq̄ʒ ad consumptionē medietat: ⁊ colent: ⁊ in illa colatura ponāt syrupi corticis citri: ⁊ syrupi masticis. an. lib. iii. ⁊ syrupi rosacei lib. i. decoquant simul iterū vsq̄ʒ ad spissitudinē syrupi de q̊ bibat oī mane. ab. ℥. ij. vsq̄ʒ ad tres cū aq̄ calida.

Electuariū qd sumit in medietate post cibū: ꝯferens valde huic passioni. Re. electuarij corticis citri. ⁊ electuarij de aniso. an. lib. s. masticis ⁊ macis ⁊ rubee tinctoris. an. aur. iii. puluerizent iste spēs ⁊ incorporent cū predict electuarijs: ⁊ recipiantur de isto post cibum semper aureis quinq̄ʒ. Ad spasmum siccum

Sirupus aptus ⁊ ꝯferens valde spasmo sicco q fit ex inanitiōe. Re. riglitie mūdate lib. ij. florū linque bouine lib. s. camomille. ℥. i. seīs lini aur. iij croci. aur. i. ꝯquassent que sunt ꝯquassanda: ⁊ infundant in lib. xij. feruent aque. Mane autē bulliant lento igne vsq̄ʒ ad ꝯsumptionē medietat: ⁊ colent ⁊ in illa colatura ponat lib. i. zuchari: ⁊ reponant ad ignē: ⁊ bulliant lente vsq̄ʒ ad conspissitudinem: ⁊ propina ei ad bibendum indifferenter prout sibi placuerit.

Electuariū qd cōuenit dicte passioni ⁊ comeditur indifferenter qualibʒ hora sicut comedūt fructus. Re. amigdalarū excorticatarū lib. i. pistent ⁊ ꝯficiantur cū libra vna electuarij pomorū: ⁊ cum. ℥. i. masticis puluerizati: incorporent simul in mortario: ⁊ si vis ipsū mollificare: fac cum syrupo pomorū: ⁊ dosis eius sit ab. ℥. vna vsq̄ʒ ad. ij. Ad spasmum de repletione

Sirupus optimus spasmo q fit ex replectione. In hac enī passione sicut dixi in libro incipiendū est a flobotomia: ⁊ postea ei fiat syrupus iste. Re. corticis citri: seminis melonis mūdate macis. an. ℥. i. masticis. ℥. s. conquassent que sunt cōquassanda: ⁊ infundant in feruenti aqua per noctē: ⁊ mane bulliant vsq̄ʒ ad ꝯsumptionem medietat: ⁊ colet: ⁊ in illa colatura ponāt syrupi singzabin. ⁊ syrupi corticis citri. an. lib. vj. ⁊ syrupi squināti lib. ij. ⁊ reponant ad ignē lentū decoquendo ad spissitudinem: ⁊ propina ei quolibet mane. an. ij. ℥. vsq̄ʒ ad tres ter tanto aque tepide.

Electuariū ꝯferens valde dicte passioni: ⁊ comeditur indifferent sicut comedunt fructus. Re. electuarij de aniso electuarij corticis citri. an. lib. i. macis puluerizati. ℥. i. incorporent simul: ⁊ dosis eius sint aurei. quinq̄ʒ. Ad debilitatem stomachi et appetitus corruptionem

Sirupus optimus cōferens debilitati stomachi: ⁊ corruptioni appetitus. Re. pulparū cotanorum mundatorū: ⁊ cimarū vitis recentium ⁊ acetosarū. an. lib. i. masticis: ⁊ seminis feniculi. an. ℥. i. conquassent cōquassanda ⁊ ponant in quarta parte vnius quartarij feruentis aque per noctē vnā: ⁊ mane bulliāt lento igne vsq̄ʒ ad cōsumptionē medietat. Ponendo in illa colatura partem octauā quarte ptis quartarij succi limōcellarū ⁊ succi agreste an. lib. i. reponant oīa ad ignē: ⁊ coquant vsq̄ʒ ad spissitudinē: ⁊ da ei bibere oī mane. ℥. ij. cū ter tanto aque calide.

Electuariū vtile valde huic egritudini. Re. limoncellorū excorticatorū: ⁊ inuoluant in pasta ⁊ ponātur in furno tam diu donec decoquāt sicut panis demū extrahant ⁊ mūdent a seminibus: ⁊ pistent fortiter cum zucharo ita vt superet zucharum. cui addat masticis: ⁊ darseni. s. cinamomi nigri odoriferi: ⁊ pfecti sm quātitatē receptiōis: cuius dosis sint aur. iiij. in omni hora sm qd comeduntur fructus.

Sirupus ꝯferens debilitati epatis ⁊ ytericie ⁊ corruptioni appetitus: ⁊ sanitati impfecte. Re. squināti: ⁊ spice nardi seīs macedonici: ⁊ spice romane ⁊ radicis de sticade. i. cipi passularū enucleatarū: riglitie mūdate: masticis: oliuarde: citrag. i. capsie. an. aur. x. reubarbari recentis croci. an. aur. ij. que sunt ꝯquassanda ꝯquassentur: ⁊ ponant in. xiiij. lib. aque feruent per noctē vnam. Mane vō bulliant vsq̄ʒ ad ꝯsumptionē medietat: ⁊ colētur: ⁊ in illa colatura ponant zuchari lib. vj. ⁊ mellis lib. vna. ⁊ iterū bulliāt vsq̄ʒ ad spissitudinē lento igne: de quo bibat qualibet die. a. ij. ℥. vsq̄ʒ ad. iij. cum ter tanto aque calide: ⁊ confert cum adiutorio dei.

Electuariū vtile valde predict causis. Re. lacte ligno rū mūdate spice nardi: squinanti masticis darsceni macis gariofilorū. an. ℥. i. reubarbari recēt ⁊ croci. an. aur. iiij. rosarū ad pondus oīuʒ: pistent quelibʒ per se: ⁊ cribellent ⁊ ꝯficiant cum syrupo rosaceo ⁊ syrupo pomorū quorū ptes sint equales: ⁊ reponat in vase vitreato: ⁊ dabis oī mane de isto ad comedendū: an. iiij. aur. vsq̄ʒ ad. v. Et iam scis ex his que predixi: q2 qn̄ epar fuerit curatū: ⁊ sanatū sanatiōe integra digō fiet: ⁊ erit cōpleta. Et cum digō fuerit cōpleta: liberabitur patiens ab ydropisi ⁊ ytericia cū adiutorio dei. Et nosti etiā q2 debilitas epatis aut pcedit a mala cōplexione ipsius epatis: aut a mala cōplexione ipsorū mēbrorū. Et scis iterū q2 male cōplexiones simplices vel cōposite fiūt ⁊ accidere pūt ⁊ a causis intrinsecis ⁊ extrinsecis. Et scis sīlr qd hoīes viuūt inordinate

in cibis ⁊ potibus: q̄ destruit̃ epar ⁊ inde proueniunt ad ydropisim ꝓpter defectū caloris innati. Et satis est etiã manifestū: q̄ ille q̄ est assuetus celebrare minutionē ⁊ dimittit illã inde pōt ad ydropisim peruenire. Et sil̃r accidit mulieribus ex retentiōe menstruorum: ⁊ viris ex retentione emorroidarum. Quare dico q̄ syrupus p̄dictus ⁊ istud electuariū prescriptū ꝯfert multū oībus sp̄ebus ydropisis. Sed q: intentio mea est abbreuiare sermonē: idō pono curas vniuersales: q: ꝑticularĩ tractando nō possem breuitatē seruare quã intendo: quare ꝑticularia discretiōi medici pretermitto. Tū cū tu medicaris yposarcã: iunge in syrupis vl̄ electuar̃. ea q̄ hn̄t ꝓuocare vrinã: ꝯsiderãdo semꝑ in istis ⁊ alijs egritudinibus q̄ sunt ꝯsideranda. Prouocantia aūt vrinã sunt hec. scīa cucumeris sarracenici ⁊ melonis ⁊ citroli: ⁊ feniculi: ⁊ succus etiã istorum: radix apij ⁊ eius succus: radix petroselini ⁊ eius succus. charcass. ⁊ ipsius radix. Oīa aūt ista p̄nt ꝓpinari cruda vl̄ cocta: s3 cocta nō inducūt dolorē stō: ⁊ ꝓsunt cum adiutorio dei.

Sirupus ꝯferens doloribus splenis: ⁊ remouet illos ⁊ subtiliat ipsum potenter. Re. sq̄nanti spice eupatorij: scīs feniculi. radicis de tarfia. i. tamaricis acreuã. i. scolopēdrij. apij rubee tinctoris currã halani. floris camomille passularum enucleatarum falmen. an. ʒ. i. yreos ptes tres. ʒ. i. radicis caperis ⁊ radicis cedri. an. aur̃. ij. masticis aur̃. ꝯquassa q̄ sunt ꝯquassanda ⁊ infundant̃ ꝑ noctē vnã in. xxx. lib. aq̄ feruent: ⁊ bulliant vsq3 ad consumptionē medietat̄ lento igne: ⁊ colent̃ ⁊ in illa colatura adde lib. iiij. zuchari: ⁊ mellis lib. i. ⁊ aceti lib. iiij. ⁊ iterū bulliant lento igne vsq3 ad spissitudinē: de quo bibantur oī mane. ʒ. iiij. cū aq̄ calida. Et cauendū est oīo ne coq̄tur syrupus iste in vase ereo: nisi stagnato optime: q̄m si fuerit magnum posset inde consequi nocumentum.

Electuariū vtile p̄dict̄ causis. Re. falmen. radicis tarfie. tamaricis. acreuan. eupatorij. passularum enucleatarum croci. an. ʒ. i. rubee tinctoris masticis. an. ʒ. 5. radicis caparis. aur̃. iij. pistent̃ ⁊ cribellent̃ subtilit̃ quelibet ꝑ se: ⁊ ꝯficiant̃ cū syrupo sq̄zabi de zuccaro. Et dosis eius fit a. iiij. aureis vsq3 ad. v.

Sirupus ꝯferens opilationi ⁊ doloribꝰ ypocūdriorū. Re. karscaina lib. i. riglitie mūdate. ʒ. viij. camomille yreos. ʒ. iiij. nanocba. ⁊ ē dameos. dauci. an. ʒ. ij. q̄ sunt ꝯq̄ssanda ꝯq̄ssent̃ ⁊ ifundant̃ ꝑ noctē in. xxx. lib. aque feruent̄. mane vō bulliant lento igne vsq3 ad ꝯsumptionē medietat̄: ⁊ colēt̃ ⁊ in illa colatura addãt lib. 4. zuchari: ⁊ mellis tm̄dē. ⁊ lib. iij. decoctiōis camomille. ⁊ iterum buliant simul lento igne vsq3 ad spissitudinē: dosis eiꝰ sit ab. ʒ. ij. vsq3 ad. iij. cū quater tãto aque tepide.

Electuariū ꝯferens predict̄ causis: ⁊ comedit̃ īdifferent̃: sicut comedunt̃ fructꝰ. Re. marianzus ⁊ ē maiorana. nabãna. i. mente. an. ʒ. iiij. corticis citri. basce ⁊ atan. an. ʒ. ij. masticis ⁊ camomille. an. ʒ. i. succi riglitie. ʒ. 5. gariofilorum q̄rtã ptē. ʒ. vnius pistent̃ ⁊ cribellēt̃ quelibet ꝑ se. Quibꝰ addat̃ aur̃. i. puri ⁊ optimi balsami: ⁊ ꝯficiant̃ cū syrupo de corticibꝰ citri: ⁊ reponat̃ in vase vitreato: cuius dosis sit ab aur̃. iiij. vsq3 ad. v.

Sirupus ꝯferēs sincopi ⁊ oī debilitati cordis. Re. sere cōbuste lib. i. succi buglosse ⁊ riglitie mūdate. an. lib. 5. mente ⁊ gariofilorum ⁊ basiliconis ⁊ maiorane. an. ʒ. i. masticis ⁊ corticis citri. an. ʒ. 5. Que sunt ꝯq̄ssanda ꝯq̄ssent̃: ⁊ infundant̃ in. xxv. lib. feruent̄ aq̄ ꝑ noctē. i. Mane vō bulliant lento igne vsq3 ad ꝯsumptionē medietat̄: ⁊ colent̃: in cuius colatura ponant̃ lib. x. succi pomorum dulciū. ⁊ lib. x. zuchari. ⁊ iterum simul bulliant vsq3 ad spissitudinē: cuius dosis sit oī mane ab. ʒ. iij. vsq3 ad. iiij. cū quater tanto aq̄ calide ꝓficiet cū adiutorio dei.

Electuariū valde vtile p̄dict̄ causis. Re. ligni aloes. aur̃. iij. corticis. citri. ʒ. i. pistent̃ ⁊ cribellent̃ subtilit̃: ⁊ ꝯficiant̃ cū syrupo pomorum dulciū fcō cū zucharo: ⁊ ꝓpina ad comedendū q̄ si patiēs habuerit tremorē cordis causa flebotomie: erit perfectum.

Sirupus ꝯferens valde sputo sanguīs q̄ ꝓuenit a pectore vel pulmone. primo in hac passione celebrande est minutio basilice dextri brachij: ⁊ postea datur de isto syrupo omni die ab. ʒ. iij. vsq3. iiij. cum bis tanto aque. Re. corticis auellanarum que circundant nucleos a parte cauda egne. an. ʒ. i. rosarum ⁊ scīs florum granatorum. an. ʒ. 5. sumac ⁊ masticis. an. aur̃. iiij. ꝯq̄ssent̃ q̄ sunt ꝯq̄ssanda: ⁊ ponant̃ in. x. lib. feruent̄ aq̄ ꝑ noctē i mane vō bulliãt vsq3 ad ꝯsumptionē medietat̄ ⁊ pone in hac colatura lib. iij. succi plãtaginis ⁊ lib. syrupi rosacei: ⁊ reponant̃ ad ignē decoquēdo ad spissitudinē: ⁊ repone eū in vase vitreato. Cuius dosis sit quolibet mane. ʒ. iiij. cū bis tanto aq̄ tepide. Et caueat sibi a vociferatiōe ⁊ clamatiōe: ⁊ ab ira ⁊ ab omni motu ⁊ passione aīe: sed regescat suauit̃ in camera sua sup lectū suū: ⁊ non comedat carnes oīo: sed comedat panē bn̄ fermentatum cum zucharo rosacco.

Alchazon: qd̄ ꝯfert istis causis: ⁊ comedit̃ ad modū fructus. Re. corticis auellanarum: cimarum vitis scīs zerafceris. i. scīs scariole. an. ʒ. i. mumie. aur̃. iij. pistet̃ quodlibet ꝑ se: ⁊ cribellent̃ sbtilit̃ ⁊ ꝯgregēt simul: ⁊ cōficiant̃ cū syrupo rosaceo de zucharo rōnabil̃r fcō: ⁊ de isto sumat̃ indifferent̃ plurics in die: sicut recipiunt fructus a iiij. aur̃. vsq3 ad. v. Qd̄ si ꝯsolidabit̃ vulnus remouetur tussis liberabit̃ infirmꝰ integre ⁊ ꝑfecte. Si aūt tussis permanet ⁊ vulnus nō ꝯsolidat̃. Tūc in curatiōe huius aliter est incedendū. videl3 q: curandus est cū rebꝰ tꝑat̄ hn̄tibus ꝓprietatē abstergendi mūdificandi ⁊ desiccãdi absq3 accumine: ⁊ cū hoc hn̄ant aliquã ꝓprietatē resoluēdi. Cognoscēdo q̄ ex leui cã hec passio recidiuat̃. ¶ Et huic cause ꝯfert valde h̄ medicamē. Re. amigdalarum amararum q: sūt vtiles valde in h̄ casu. camomille anchere succi riglitie. an. i. corticis citri. ʒ. i. fisticis scīs lini. an. ʒ. i. pistēt̃ q̄lbet per se: ⁊ q̄ sunt cribellanda cribellent̃: reliq̄ pistent̃ ⁊ misceantur oīa cū syrupo scaris mixtōe dura. Et de h̄ electuario recipiat aur̃. iiij. oī die ieiunus. Et rege eū pane optime fermentato cū pullis ⁊ gallinis vel cū carnibꝰ edi lactant̄ preparat̄ in tassia alba ⁊ silibꝰ. Si vō sanies a pectore ꝓcesserit leuit̃ cū adiutorio dei potit libari p̄dict̄ curatiōibꝰ. Qd̄ si a pulmone emanauerit: tūc alit̃ est curãdus: videl3 ꝑpando se oībꝰ modis ad hãc curã exercēdã q̄ ē nobil ⁊ maximi iuuamēti. Accipe ḡ peciã bolli cōis cū quo tãgit̃ ⁊ pice cã in ignē ⁊ dimittat̃ tã diu donec fortissime igneat̃ ⁊ postea infundat̃ in aq̄ rosacea in vase coopto ad modū emboti ⁊ recipiat ꝑ fistulã vel cãnã fumū ⁊ ꝑ os a longe: ⁊ patiens a longe d3 fumū ꝑ os trahere multotiēs: q: sic agēdo a p̄dcã passiōe potit libari. Et iã cognita ē mãifestissime ⁊ approbata hec cura: q̄m pat̃ meꝰ ipsã fec̄ regi de andelusia: q̄ idē cog̃uit ex ea certissimū iuuamētū. Et abstineat patiens ab oībꝰ carnibꝰ p̄ter q̄3 a pullis gallinaceis ⁊ gallinis ꝑpat̄ i tassea alba vel viridi cū pane bn̄ fermētato elōgãdo se ab oībꝰ alijs rebꝰ. S3 comedat panē cū zucharo rosaceo q̄ntū pōt: q: h̄ vtilissimū est valde huic passioni.

Sirupus ꝯferēs valde pleuresi fcē i pectore vl̄ pulmone. In primis fiat flōmia i opposita pte apat̄ ⁊ sit de cefalica: ⁊ postea ꝓpinet̃ ei de isto syrupo. Re. charscainre ⁊ camōille riglitie mūdate. acreuan. i. scolopēdrie an. aur̃. x. scīs melōis ⁊ hopnep. i. iuiuben. an. aur̃. v. radicis apij: ⁊ de raxineg. i. fenicli. an. aur̃. ij. ꝯq̄ssent̃ q̄lib3 ꝑ se: ⁊ i nocte ponãt̃ in. xij. lib. feruēt̄ aq̄. mane vō bulliãt lento igne vsq3 ad ꝯsumptionē medietat̄: deinde fortit̃ exprimēdo colent̃: ⁊ in illa colatura ponãt̃. v. lib. zuchari. ⁊ ij. lib. aq̄ rosacee: ⁊ bulliãt simul vsq3 ad spissitudinē syrupi: ⁊ sumãt̃ de isto quolibet mane. ʒ. ij. cū. ʒ. ij. aq̄ tepide. Et cibꝰ eius sit panis ablutꝰ cū aq̄s q̄nq3 ⁊ de isto comedat ʒ. i. vel plus: put tibi videbit̃ ⁊ elongēt̃ ab oībꝰ sp̄ebus carniū. Et cū h̄ regimine deo dante resoluet̃ apa tali mō q̄ perueniet ad sanitatem.

Pillule ad tenēdū die noctuq3 i ore ⁊ id qd̄ resoluitur paulatim deglutiat̃. re. riglitie mūdate ⁊ scīs melonis ⁊ cucumeris mūdatarum. an. aur̃. x. pistēt̃ qd̄libet per se: ⁊ incorporent̃ cū syrupo violaceo liq̄de ⁊ ponant̃ ad lentum ignem: ⁊ bulliant donec inspissent̃: ⁊ fiant pillu-

le ſimiles granis lupinoꝝ ⁊ teneantur in oꝛe die noctuq; deglutiendo q̄ reſoluitur vt dictum eſt: ⁊ ꝯferunt cum adiutoꝛio dei. Q̄ ſi nō ꝯtulerit. eo q̄ apā ꝯuerſiuꝫ ē ad ſaniē neceē ē tibi aliā curā facere ⁊ ē hec. re. riglicie lb. ij. yreos panicald. violaꝝ ⁊ iuiube an. ℥. i. ſandali ⁊ roſe an. iij. q̄r tas. ℥. i. paſſulaꝝ enucleataꝝ. ℥. ſ. q̄ ſunt piſtāda piſtent ⁊ infundant in libꝛis. ij. aque feruētis p̄ noctē vnā. māe vero bulliāt lento igne vſq; ad ꝯſumptionē medietatis. ⁊ colent. et in illa colatura ponāt. xv. libꝛe mellis ⁊ libꝛe. ij. zuchari. ⁊ bulliāt vſq; ad ſpiſſitudinē. ⁊ dent de iſto paciēti q̄libet māe. ℥. i. cū ter tāto aq̄ tepide. Et cibꝰ eiꝰ ſit taffea ex pullꝰ p̄uis vel p̄dictꝰ p̄uis. recipiēdo tm̄ bꝛodiū ⁊ n̄ carnes. Et quātitas cibi ſit quarta pꝫ eius. qd̄ ꝯſueuerat comedere in ſanitate eius.

Jlle ꝯueniētes in hoc caſu. Re. ſeīs lini aſſati riglicie. an. ℥. i. piſtent iſte due res q̄libet p̄ ſe. ⁊ made facias cū ſirupo pomoꝝ dulciū ⁊ fiāt pille ad modum lupinoꝝ. ⁊ teneant in oꝛe donec eliqueſcāt ſucceſſiue die noctuq;.

Jrupus ꝯferēs ſolutioni vētris et lienterie. Re. folioꝝ mirte et floꝝ eiuſdē an. ℥. ij. ſeīs maloꝛum granatoꝝ: qd̄ repit in medio floꝛis maloꝝ granatoꝝ. ⁊ coralli albi an. ℥. i. maſticis ⁊ floꝝ ſticados an. ℥. ſ q̄ ſunt ꝯq̄ſſanda ꝯq̄ſſent. ⁊ infundant p̄ noctē in. xv. lib. aq̄ feruētis mane vero bulliāt vſq; ad ꝯſumptiōꝫ medietatis lēto igne. ⁊ colent et in iſta colatura ponāt de ſirupo maſticino ⁊ de ſirupo ſiccaꝝ roſaꝝ aū. ℥. iiij. ⁊ iteꝝ ſimul bulliāt vſq; ad decoctiōꝫ ſirupi. Et regimē eiꝰ ſint p̄dices valde decocte. ſ. vſq; ad diſſolutiōꝫ ſuaꝝ carniū ⁊ pꝰ modū ꝯdiant i taffea ⁊ ꝓpinēt ad cōedēdū. Et ſuſpēdat ad collū pacientis ſmaragdꝰ q̄ deſcēdat ſup ſtōm. q̄m ꝯfert valde.

Albazon qd̄ ē ꝯferēs valde in hac paſſiōe. Re. carne eque. floꝝ granatoꝝ. floꝝ mirte ⁊ maſticis an. ℥. i. folioꝝ mirte ⁊ ſeīs lini. an. aur. v. q̄libet piſtent p̄ ſe ꝓpt̄ groſſitudinē ſube ipaꝝ. ⁊ cribellēt ſubtilr. ⁊ ꝯficiāt cū ſirupo mirtelle. ⁊ ſyrupo riglicie. Et doſis eiꝰ ſit quolibet mane et ſero. a. iiij. aureis vſq; ad. v.

Jrupꝰ ꝯferēs valde ꝯſtipatiōi vētris. Re. ſeīs kartami mirobolanoꝝ citrinoꝝ violaꝝ et riglicie aū. ℥. ſ. mēte. ſ. ℥. maſticis ⁊ zarauꝫ. i. aſtrologie an. aur. xl. Piſtēt q̄libꝫ p̄ ſe. ⁊ ponāt in libs feruētis aq̄ et bulliāt lento igne vſq; ad ꝯſumptiōꝫ medietat; ⁊ colēt ⁊ i iſta colatura ponat. tātūdē zuchari. ⁊ bulliāt iteꝝ vſq; ad ſpiſſitudinē ſirupi. ⁊ detur de iſto q̄libꝫ māe ieiuno ſtō ℥. iij. cū. ix. ℥. aq̄ tepide. Et rege cū regimie lenitiuo. ſicut ſunt carnes caſtratiue et edoꝝ lactantiū. elixe cū oleribus mollibꝰ et lenitiuis. q̄m ꝯfert cum adiutoꝛio dei.

Jrupus ꝯferēs in retentiōe vꝛine. Re. ſeīs citroli cucumeris melonis ⁊ cucurbite mūdataꝝ an. ℥. i. dauci et radicis apij. ⁊ feniculi an. q̄rtā partē. ℥. ſ. ꝯq̄ſſentur q̄libet per ſe et ponātur in. xx. lb. aq̄ feruētis. ⁊ bulliāt vſq; ad ꝯſumptionē medietatis. et coletur et in ipſa colatura ponātur zuchari lb. vi. ⁊ mellis. lb. i. ⁊ iterū bulliant vſq; ad ſpiſſitudinē ſirupi. ⁊ ꝓpinētur de iſto quolibet mane. ℥. ij. cum. ℥. viij. aque calide.

Lectuariū valde vtile huic paſſioni. Re. coꝛticis nobonis ⁊ ſeīm cōium. ⁊ maſticis an. aur. x. paſtinace maſculine. ſkoꝛpionū aduſtoꝝ: lapidis iudaici. ⁊ lapidis ſpōgie aur. v. q̄libet terant p̄ ſe. ⁊ ꝯficiant cuꝫ ſyrupo ſaxifrage. de q̊ dent oī mane. aur. ij. cū ſupꝛadicto ſirupo. Sciēdo q̄ iſtd̄ electuariū nō ſolū ꝯfert in retentiōe vꝛine ſimplr. veꝝ etiā q̄n eſt cā lapidis. q̄m ipm̄ frāgit. ⁊ educit illū cū vꝛina. Et inūgat cū pinguedīe cati q: ꝯfert valde. Et hoc ꝯfectio etiā ſagence. turbētine de q̄libet q̄ntitatē vniꝰ caſtanee. ſi recipiat cū aqua zuchari. ꝓuocat vꝛinā ⁊ lapidē frangit. maxime ſi inūgant. renes. pecten. et ylia. cū p̄dicta pinguedine catti.

Jrupus vtilis valde excoꝛiationi veſice ⁊ ſcabiei. Re. coꝛticis ſubtilis granoꝝ pini et ē illa q̄ eſt inter teſtā durā ⁊ grana munda ⁊ alba ipoꝝ riglicie mūdate. ⁊ roſaꝝ an. ℥. i. piſtent q̄libꝫ p̄ ſe. ⁊ infundant p̄ noctē in lb. xij. aq̄ feruētis. ⁊ in mane bulliāt vſq; ad cōſumptionē medietatis. ⁊ colent foꝛtiter exp̄imēdo. ⁊ in illa colatura ponāt libꝛe. ij. ſirupi de biſſarbaltaū. ⁊ iteꝝ bulliāt lēto igne vſq; ad decoctiōꝫ ſirupi. ⁊ ꝓpinet de iſto omni māe. a. ij. ℥. vſq; ad tres. cū ter tāto aq̄ tepide ad bibēd.

Lectuariū vtile valde in hoc caſu. Re. coꝛticis ſubtilis pinoꝝ p̄dictoꝝ. ℥. i. maſticis et ſeīs ſticados an. q̄rtā ptē. ℥. i. terant q̄libet p̄ ſe. ⁊ ꝯficeant cuꝫ zucharo roſacco. et ſi videret ſpiſſiuꝫ nimis. addat aliq̄d de ſirupo roſacco fcō ex roſis ſiccis. de q̊ oī māe det circit. ℥. ij.

Jrupꝰ optimꝰ ꝯferēs ꝯtra fluxū ſanguis emoꝛroidaꝝ. re. androziri. ℥. ij. folioꝝ mirte et balauſtiarū. ⁊ limature ferri. an. ℥. i. riglicie mūdate ad pōdus oīm piſtent q̄libet p̄ ſe. ⁊ infundant p̄ noctē in. xviij. lb. aq̄ feruētis abſq; limatura ferri. ⁊ bulliāt vſq; ad conſumptionē medietatis. limatura vero ferri ponat in duabꝰ lb. aceti. p̄dicta aūt decoctio colet. et i illa colatura ponāt lb. viij. zuchari et libꝛa. i. mellꝭ et ſilꝭ coq̄tur ad ſpiſſitudinē. Et cū fuerit ꝓpe finē decoctionis. extrahat limatura ab aceto ⁊ ponat in dicto ſirupo et decoq̄t vſq; ad cōplementum decoctiōis. deinde colet de quo det patienti omni mane. ℥. cum aqua calida.

Lectuariū valde vtile in hoc caſu. re. ſucci riglicie. ℥. v. androziri. ℥. v. limature ferri ter madefacte in aceto q̄libet vice p̄ noctē vnā et exiccate. ℥. ſ. terāt q̄libet p̄ ſe et cribellent ſubtiliter. ⁊ ꝯficiant cū ſirupo optimi mellis decocti vſq; ad ſpiſſitudinē. et detur pacienti quolibet mane ieiuno. aur. iiij.

Jrupꝰ optimꝰ ꝯferens doloꝛibꝰ ſpine ⁊ bis ſilibꝰ. re. yreos. lahada. bazarō. i. aſara baccara. eupatorij. qd̄ arabice dr̄ geſſeth panicald. camōille. achil. almalech. i. mellilari an. ℥. i. acharō. ⁊ fodeghēdi ⁊ cāpeſtis an. ℥. ſ. ⁊ ē potiū mōtanū et cāpeſtre. riglicie mūdate. ad pōdꝰ oīꝫ. maſticis ⁊ croci. an. q̄rtē ptē. ℥. i. piſtent q̄ ſunt piſtāda et infundāt in. xi. lb. feruētis aque. ⁊ lb. ij. aceti. Mane vero ponāt ad lentū ignē. ⁊ bulliāt vſq; ad ꝯſumptionē medietatis ⁊ colent. ⁊ i illa colatura addāt lb. viij mellꝭ ⁊ zuchari libꝛa. et iterū bulliant ſimꝭ vſq; ad ſpiſſitudinē ſyrupi. ⁊ detur quolibet mane. a. ij. ℥. vſq; ad. ij. ⁊ dimidiā. cū ter tanto aque calide.

Lectuariū optimū ꝯferēs valde in hoc caſu. re. ianſir. ⁊ ſcemegalbotin. baboneg. i. camōille. an. ℥. i. ſucci riglicie. gariofoli amigdalaꝝ mūdataꝝ et pineaꝝ mūdataꝝ an. ℥. i. terant q̄libet p̄ ſe. ⁊ cribellēt ⁊ ꝯficiant cū ſirupo ſgnzabī. ⁊ q̄ nō p̄nt piſtari. diſſoluāt cuꝫ iſto eodē ſirupo ⁊ ſimul ꝯficiant. ⁊ ꝓpinet de iſto paciēti ab aur. ij. vſq;. ij. et dimidiū. quolibet mane.

Jrupꝰ ꝯferēs valde doloꝛibꝰ ypocūdrioꝝ q̄ veniūt ex flāte ſubtili. q: ſunt q̄ſi itolerabiles. ⁊ cū credit eē in fine. nondū ſunt i p̄ncipio. Et ꝓp hoc neceſſe e medicū eē valde ſolicitū in ꝓuidēdo. ⁊ circa hoc. q: nō ſolū fit in p̄dict; hūoꝛibꝰ veꝝ etiā ex vapoꝛibꝰ ſeu vētoſitate q̄re reſolutiua ſunt ponēda i hoc caſu. fiat ḡ ſirupꝰ iſte q̄ ꝯfert valde i hac paſſiōe. re. floꝝ camōille alchil almelech. i. meli loti. ⁊ coꝛticis cit. feniculi. an. ℥. ſ. ſqnāti. cheſcutha an. ℥. iiij. ſeīs melōis excoꝛticati. ad pōdꝰ oīꝫ. ꝯq̄ſſent oīa ⁊ ponāt i. xx. lb. aq̄ feruētis p̄ noctē vnā. mane v̊o bulliāt vſq; ad ꝯſumptiōeꝫ medietat; ⁊ in illa colatura ⁊ addāt libꝛe. x. mellꝭ mūdi ſpumati. ⁊ bulliāt vſq; ad cōſumptiōem decoctiōis. ⁊ ꝓpinēt oī māe ieiuno ſtō. ℥. ij. cū ter tāto aq̄ tepide. Et regat cū turturibꝰ ⁊ auibꝰ p̄uis iūoꝛis i taffea.

Roax laborabat

Albazon ꝯferēs huic cauſe. re. granoꝝ pini mūdatoꝝ. ℥. v. auellanaꝝ mūdataꝝ. ℥. ij. ſucci ligricie maſticis gariofoloꝝ et feniculi an. aur. iiij. terāt q̄libet p̄ ſe et cribellēt ⁊ ꝯficiāt cū ſirupo de coꝛticibꝰ citri i optimo. ⁊ dent oī mane. aurei q̄nq; cū aqua calida.

Jrupꝰ optimꝰ ꝯferēs colericis febꝛibꝰ. re. capilloꝝ veneris ſeīs melōis ⁊ cucūis. ſandali ⁊ eupatoꝛij. an. ℥. i. floꝝ nenufaris ⁊ violaꝝ. an. ℥. ſ. maſticis aur. ij. q̄ ſunt ꝯq̄ſſanda ꝯq̄ſſent. ⁊ īfundant in lb. xx. feruētis aque. p̄ noctē vnā. Mane autē bulliant lēto igne

vſq; ad ꝯſumptionē medietatis. ⁊ colent̄ ⁊ in illa colatura ponant̄ libere. v. zuchari. ⁊ lb. i. aceti. ⁊ māne et tamarindi. añ. ℥. iij. ⁊ decoquātur vſq; ad ſpiſſitudinē ſyrupi de quo oī mane dent̄. ℥. ij. cū. viij. ℥. aq̄. Et regimē eius ſit aq̄ ordei infrigidata. ⁊ abſtineat ſe a reb⁹ dulcib⁹. Et ſi cōqueret̄ patiēs de ſiti. infrigidet̄ aqua ordei cū niue. vel ponēdo eā in puteo. et propinet̄ ad bibendū.

Syrupus cōferēs ſinoche. fiat prīo flōmia euacuando de ſanguie q̄ſi ad ſincopiz. poſtea propinet̄ de iſto ſyrupo. Re. flor̄ nenufaris. ⁊ violar̄. ſandali. an. ℥. i. piſtent̄ ſandalū et ponāt̄ oīa in. vj. libris feruētis aque ꝑ noctē vnā. Mane vero bulliāt vſq; ad cōſumptionez medietatis. ⁊ colent̄ ⁊ in illa colatura addat̄ libra aque cucumeris ſarraceníci. qui dicit̄ arabice dulla. ⁊ libre ij. zuchari. que bulliāt ſimul ad ſpiſſitudinē ſirupi de quo dent̄ patienti oī mane. ℥. cū quinqꝫ tāto aq̄. ⁊. ℥. i. agreſti. Et iſte ſyrup⁹ valet nō ſolū ſinoche. ver̄ etiā omnib⁹ febrib⁹ colericis. Regimē autē iſtor̄ ſit aq̄ ordei infrigidata in puteo. ⁊ mica panis pluries abluta cū aqua decoctiōis cucumeris ſarracēici et citroli. addēdo aliqd aceti ⁊ infrigidet̄ in puteo. et de iſta mica ſic preparata. dent̄. ℥. ij. Cognoſcēdo ꝙ ſi dederis vel ꝓpinaueris paciēti ſinoca aliqua calida actu. inde nō modicū recipiet nocumētū. qr̄ nūq̄ꝫ erit qetus. qr̄ ei oīa ſunt infrigidata in puteo vl' in niue exbibēda. De febrib⁹ autē ꝯpoſitis loq ad pn̄s ꝑtermitto eo ꝙ nō cōuenit huic tractatui de ſingulis ꝑticulariť determinare. Sꝫ ꝯpoſitionē ſyropor̄ facere poteris ꝓut cognoueris cōuenire ipſar̄ cōpoſitionibus.

Syrup⁹ vtilis febrib⁹ flāticis. Re. yreos ⁊ radicis apij. ⁊ radicis dauci. nanogcha. ⁊ chaſſcē. añ. aur. x. cētauree minoris et zabada. an. aur̄. iiij. ꝯq̄ſſentur q̄ ſunt ꝯq̄ſſanda et ponant̄ in. xij. libris feruētis aq̄ ꝑ noctē vnā. Mane vero bulliāt lento igne vſq; ad ꝯſumptionē medietatis. ⁊ colent̄ et in illa colatura ponāt̄ mell' ⁊ zuchari. an. lb. iij. ⁊ decoq̄t̄ vſq; ad ſpiſſitudinē. de quo det̄ paciēti oī mane. ℥. cū. ℥. ix. aq̄ tepide. Et regimen ei⁹ ſit panis optime fermētat⁹ infuſus in iure pullor̄ l' ꝑdicū aut turtur̄ ꝑfecte decoctor̄. Et qn̄ ſitit det̄ ei de ſirupo ℥. 5. cū. ℥. vi. aq̄ ad bibendū. et erit quiet⁹ dn̄o concedēte

Electuariū aptū huic intentiōi et cauſe Re. corticis citri decocti in aqua tādiu donec ablata ſit amaritudo ab eis et piſtent̄ optime donec diſſoluāt̄. ad modū electuarij addēdo paulatiue de zucharo albo ⁊ duro ſꝑ piſtādo ⁊ incorꝑando ſil'. ita ꝙ ſit pl⁹ q̄ꝫ in duplo de zuccharo. et de iſto electuario indifferēter recipiāt̄ oi hora aur̄. iiij. ad modū fructus.

Syrupus ꝯferēs febrib⁹ melācolicis Re. flor̄ lingue bouine. yreos. an. ℥. ij. flor̄ camomille. radicis tamaricis. an. ℥. i. iuiube. ℥. iiij. ſēis melonis. ℥. 5 radicis caparis q̄rtā ꝑtē. ℥. 5. maſticis aur. ij. Conq̄ſſent̄ oīa hec et infundāt̄ in. xviij. lb. aq̄ feruētis. mane v̄o bulliant lento igne vſq; ad ꝯſumptionē medietatis. ⁊ colent̄ et in illa colatura ponant̄ mellis zuchari. ſucci pomor̄. et ſucci granator̄ dulciū. an. libras. iiij. ⁊ reponāt̄ ad ignem lentū ⁊ bulliāt vſq; ad ſpiſſitudinē. de quo ꝓpinēt̄ omni mane. ℥. ij. cū aqua tepida. Et regimē ei⁹ ſit panis bn̄ fermētatus cū taſſca. alba vel viridi. dimittēdo oīa acetoſa.

Electuariū aptū ⁊ cōferēs valde in hoc caſu. qd̄ cōedi oꝫ indifferēter ſicut fruct⁹. Re. electuarij pomorū lb. i. cui addes flor̄ camōille ⁊ maſticis an. exagia. iiij. ſucci riglicie. ℥. ij. terant̄ q̄libet ꝑ ſe ⁊ incorꝑentur cū electuario ꝑdicto de quo ꝓpinet̄ ad modū fruct⁹ oī mane a. iiij. vſq; ad. vi. aureos. Cognoſcendo ꝙ febris colica qn̄ eſt extra vaſa: fit cū rigore magno. ⁊ intēſo calore. donec euaporet̄ et recedit calor. ⁊ poſt receſſum videt̄ remanere ſicut ſanus. ⁊ ſic incircuitu vadit et recedit de tertio in tertiū diē. donec ꝯſumit̄ et reſoluit̄ humor. ⁊ ſan⁹ inde efficitur. Sꝫ illa q̄ eſt intra vaſa oīno efficit̄ ſine rigore. ſꝫ eſt cū inqetudine ⁊ anguſtia valida ⁊ intēſo labore vſq; ad finē Febris autē que fit ex melācolia naturali videlꝫ ex fece ſanguinis cū eſt intra vaſa: eſt hn̄s paroxiſmos tn̄ ſine rigore. et nō remanet mūd⁹ neq; ſic ut ſan⁹. nec recedit pro maiori ꝑte abſq; beneficio et conſilio ꝑfecti medici.

Curationes podagricor̄.

Scire debes ꝙ aliqua podagra eſt q̄ fit ex hūore acutiſſimo. ⁊ aliq̄ q̄ fit ex hūore nō tā acuto. et q̄daꝫ q̄ fit ex flāte. ⁊ aliq̄ q̄ fit ex melācolia. Et flōmia ē cura general' ꝯferēs oīb⁹ ſuis ſpēb⁹. ſpālr̄ qn̄ patiēs fuerit ſuꝑrepletus. Attēde ꝙ ſi fuerit ex acuitate hūor̄. ponere debes ſuꝑ pedes epithima factū ex flore camōille et roſar̄ et farine ordei. an. ꝑtes eq̄les. piſtent̄ q̄ ſunt piſtanda. ⁊ cribellent̄ et cōficiant̄ cū aqua roſacea et ſuꝑ ponāt̄ pedibus Si vero dicta podagra fuerit ex flāte ꝑone deſuꝑ emplaſtrū factū ex farina ordei et cinere cipreſſi q̄r̄ ꝑtes ſint eq̄les madefactū cū aqua tepida. ⁊ ſupponat̄. qm̄ ꝯfert valde. et nō ſolū pedib⁹. ver̄ etiā qn̄ tumor fit in crurib⁹ manib⁹ et pedib⁹. cū mollicie ita ꝙ cedit digito qn̄ ꝑmittit̄. Podagre v̄o q̄ fiūt ex melācolia ponāt̄ ſuꝑ pedes eor̄. hec. Decoquātur oua cū corticib⁹ ſuis in aqua vſq; ad duriciē ꝑfectā. et accipe vitella eor̄. et tantūdē flor̄ camomille. et farine ordei. et fiat emplaſtrū cū aqua tepida ⁊ ſupponatur.

Syrupus ꝯferēs ſciatice ⁊ podrage Re. floris camomille ſqnāti. ſpice. nardi. yreos. ſēis melois. ⁊ panicald. et ē ſpēs yringorū añ. ℥. i. ꝯq̄ſſent̄ q̄ ſunt ꝯq̄ſſanda. ⁊ infundāt̄ ꝑ noctē. i. i. xx. lb. aq̄ feruētis. māe vero bulliāt vſq; ad ꝯſumptiōꝫ medietatis et colēt̄. et i illa colatura addāt̄. lb. v. mell'. ⁊ lb. i. zuchari. ⁊ lb. i. oximellis. ⁊ iter̄ bulliāt vſq; ad ſpiſſitudinē. de quo dent̄ omni mane. ℥. ij. cū ter tanto aq̄ tepide. ⁊ liberabit̄ cū adiutorio dei. Regimē autē ei⁹ ſit panis bn̄ fermētat⁹ cū auib⁹ ꝑuis neoris ꝑparatis in taſſca vel i patell'. aut aſſatis in veru. Et inūgat̄ locus cū oleo roſaceo. ⁊ anetino et camōillino. ⁊ pinguedine anatis ⁊ oleo iaſemio. q̄r̄ ꝑtes ſint eq̄les. Et confert cū adiutorio dei. Et ſufficit ad pn̄s cū laude dei.

Tractatus rabi moiſi abēmaimō quē ſoldano babilonie tranſmiſit.

Poſtq̄ꝫ ad man⁹ mirami ſeruitoris moiſi yſraeliti cordubini ꝑceptū pricipis ac honorati regis peruenit. cui de⁹ glioſus honores ſuos augmentare. atq; creſcere dignet̄. qui mihi trāſmiſit ꝑ q̄ndā ſuū nūciū. ſcꝫ ut ſibi ſcribere deberē regimē tale. cui ſecure ⁊ abſq; dubitatiōe aliq̄ poſſit adherere. de curis egritudinū q̄ nouit ipſi meo dn̄o ſuꝑuenerūt. cui de⁹ dignet̄ ipſas ⁊ oēs alias egritudines ab ipō elōgare. ⁊ ſanitatē ꝑfectā cū eodē tpe vite ſue ꝑmanere. Mihi quidē remēorauit dict⁹ nūci⁹. ꝙ dominꝰ me⁹ reuerēd⁹ ꝯq̄rit̄ de duricia et ſtipticitate ſue nature. intantū ꝙ nō pōt aſſellare. niſi cū ſtudio valido. duricia ⁊ labore. Et ꝙ innouata eſt eidē melācolia. et cogitationes male ⁊ qd̄ appetit eē ſolitari⁹ ⁊ timꝫ mori ⁊ dixit mihi iterū ꝑnoiatus nuncius ꝙ debilitatus eſt ſtomach⁹ eius talr̄ qd̄ cib⁹ corrūpit̄ in eodē. abſq; ꝑfecta et ꝯpleta digeſtione Quare ſuꝑ his. iiij. ordinaui tractatus.

Tractat⁹ ꝑm⁹ de regie ſanitat̄ oīm hoīm. ſub breui logo ꝯpilat⁹. Scd̄s de regie egrotātiū qn̄ n̄ ꝑūt medicū repire. vl' nō inueniūt ꝑfectū ⁊ doctnatū. Terti⁹ de regie dn̄i ⁊ cor̄ accn̄tib⁹ ꝓut mihi ꝑ ſuū ſignificauit nūciū. Quart⁹ ē cap. gnāle ꝯueniēs atꝫ vtile ſais ⁊ eḡs oīb⁹ tpib⁹ ⁊ locis

Et nō iꝓpꝑet̄ mihi ab aliqb⁹ ſi aliqd dicitur⁹ ſum i hoc tractatu de his q̄ i alijs tractatib⁹ ⁊ locis rememoraui. eo ꝙ q̄libꝫ tractat⁹ ſit ſꝫ exigētiā ⁊ req̄ſitōꝫ q̄rētis. aut ſm̄ intētōꝫ efficiēt̄ ⁊ ſuꝑ hoc a dn̄o excelſo ⁊ glioſo iploro auxiliū ⁊ iuuamē.

Tractat⁹ prim⁹ de regimine ſanitatis oīm hoim ſub cōpendio et breuitate.

Intētio nr̄a i hoc tractatu ē. remēorare vias leues atq; faciles ad mēorie recōmēdatōꝫ. Et exercere hec q̄ dictur⁹ ſuꝫ erit magne vtilitat̄ atq; ꝓfect⁹ i ꝯſuatiōe ſaitat̄ Et hic tractat⁹ ē ſm̄ ſentētiā magnor̄ medicor̄. Dicī ypocras ꝙ ꝯſuatio ſaitat̄ exiſtit in elōgādo ſe a mlta repletiōe ⁊ a ſuꝑfluo labore: vide ḡ quō poſuit ypocras ꝯſeruatiōꝫ ſaitat̄ i iſtis duab⁹ vijs. videlꝫ ut q̄libꝫ ſe abſtineat a

superflua ꝛ nimia repletione. et etiã a tali excessu exercitij et
laboris ꝙ possit cibũ corrũpe et digestionẽ impedire. qñ
qñ aliquis tñ comedit aut bibit. ꝙ faciat superflue ex neces
sitate sequit̃ inde extẽsio. Et scitũ est ꝙ qd̃libꝫ mẽbrorum qñ
extendit̃ vltra debitũ soluit̃ ipi⁹ ꝯtinuitatis. ꝛ iñ debili
tat̃ virt⁹ ei⁹. Quare cũ stomach⁹ in tali dispõe existit. debi
litat̃ virt⁹ ei⁹ intãtũ. ꝙ nullo mõ pfectã p̃t digõem exercere
ꝛ accidit dolor in eo. ꝛ debilitas mot⁹ ipi⁹ ꝛ marie cũ potat
aquã multã p⁹ repletiõꝫ. vñ ĩpossibile ẽ qn accidat ei vna
ex istis rebus. videlicet aut ꝙ corrũpitur digestio tali mo
do ꝙ inde potest ad mortẽ puẽire. Et si corruptio fuerit re
missio atqꝫ minor predicta. efficiet̃ infirm⁹ sed liberabit̃ cũ
bono regimine et cõueniẽti. Et adhuc potest esse leuior di
gestio mala intantũ. ꝙ sustentabit̃ patiẽs absqꝫ eo ꝙ per
ueniat ad egritudinẽ. sed cũ labore. Species autẽ male di
gestionis diuersificãtur fm diuersitatẽ specierum ciborum. ꝛ cõ
plexionũ et etatũ. atqꝫ fm preparationẽ mẽbrorum. ad recipiẽ
dũ egritudines. ¶ Certissime cogñscẽdo ꝙ si digestio mala
vel corrupta facta fuerit in stomacho. impossibile est ꝙ bo
na fiat in epate vel in ceteris mẽbris. Et dicit similiter ga
lie. qđ qui cupit se ab egritudinib⁹ ꝯseruare. custodiat toto
posse ne malã faciat digestionẽ. ꝛ ut nõ moueat se motu la
borioso vel superfluo post cibũ. ꝛ hac de causa medici cõcor
dant. Et generaliter dixerũt ꝙ qui vult in sanitate perma
nere studeat surgere añ sacietatẽ cũ aliquo appetitu a mensa
abstinendo se oĩno a tensione ꝛ superflua repletiõe stomachi
Itẽ adhuc oẽs sapientes medici dicũt. ꝙ ex sumptiõe ma
li cibi in modica q̃titate. minus sequit̃ nocumentũ: q̃ꝫ ex
receptione boni ꝛ pfecti in quãtitate superflua atqꝫ magna.
Eo ꝙ quãdo aliquis recipit ex cibo nõ bono aut malo in
modica quãtitate. in stomacho ꝛ in epate digerit̃ digestio
ne cõpleta et pfecta. tum ꝓpter delectationẽ ipsi⁹. aut q: ca
lor et virtus p̃ualet. ꝛ dñatur supra illud modicũ. ꝛ intan
tũ. ꝙ id qđ ex illo puenit ad mẽbra recipit̃ et conuertit̃ ab
ipsis. ꝛ assimilat̃ in sui nutrimẽtũ optime ꝛ pfecte. ꝛ si qd
ex ipso superfluũ remanet est modicũ valde. vnde a virtute
expulsiua ipsorum faciliter expellit̃ ab eisdẽ. quare ex hoc non
ꝓuenit nocumẽtũ. ꝛ si qđ acciderit est leue ꝛ ĩpceptibile ꝙ
nõ cognoscit̃ vel curat̃. Qui autẽ saturat̃ superflue. q̃uis ex
optimo pane et pfecto. ꝛ nobilissimis carnib⁹ ꝛ pfectissime
preparatis. nõ potest bonã facere digestionẽ nec laudabilẽ.
Et hanc cautelã medici habuerũt qñ ꝓhibent ne aliqs cu
piens sanitatẽ suã cõseruare. recipiat fercula multa in vna
mẽsa. qñ ex vno ferculo nõ potest tantũ saturari: ꝙ iñ va
leat ad nocumẽtũ de quo sit curãdũ puenire. Sciendũ fm
ꝙ diuersificant̃ cibaria. diuersimode variat̃ digestio. fm na
turã vniuscuiusqꝫ cibi. Ergo quicũqꝫ cupit suã sanitatem
cõseruare studeat comedere in tpatis horis diei. ꝛ taliter
cõedat ꝙ stomach⁹ iñ nõ recipiat extensionẽ nec grauamen
ꝛ cõedat cibaria cõueniẽtia sue nature. intantũ ꝙ nõ deue
niat ad eructationẽ putridã vel corruptã. neqꝫ ad sitiꝫ. et ꝙ
sentiat post cibũ leuitatẽ. ꝛ ꝙ cibaria sua talia existãt: qđ p
maneat mollis ꝛ salubris nature. Et istđ regimẽ toto pos
se pseueret. Si autẽ aliqñ incũbit necessitas cõedere in ho
ris calidis. minuat̃ de quãtitate. eo ꝙ virtus digestiua in
tpe tali ꝛ hora debilis existit ꝓpter sparsionẽ naturalis ca
loris ad exteriora. Et qñ infrigidat̃ aer. addat̃ et multipli
cet̃ de quãtitate. q: virtus digestiua tunc tpis fortificat̃ et
vigurat̃. ꝓpter coadunationẽ et cõstrictiõem innati calo
ris ad interiora ꝛ cõstrictiõꝫ pororum. Et dico vobis dñe
reuerẽde in veritate. ꝙ si qs regeret se eo mõ quo regit aĩal
suũ qđ equitat. euaderet a multis ꝛ diuersis egritudinib⁹
qñ nõ repit̃ homo q nõ ꝓpinet suis equis annonã sp et
oĩbus horis cibãdi in tali ꝓportiõe. fm ꝙ cogitare ꝛ scire
põt qđ possit digerere atqꝫ ferre cõpetẽter sine difficultate
et labore. Quia bñ scit qlibet ꝙ si inordinate cibaret̃ vel su
perflue aut fatigaret̃ vltra debitũ ꝛ inordinatis horis ꝙ in
firmaret̃ sine dubio. qđ non faciũt in seipsis. Et sit qlibet
attẽtus in suis motib⁹ exercẽdis. qñ est radix maxime in
cõseruatiõe sanitatis sue. ꝛ in plurib⁹ egritudinib⁹ expellẽ

dis. Etiã dixit nobilis ypocras. ꝙ q vult suã sanitatẽ con
seruare. vtat̃ exercitio: sed tali mõ ꝙ nõ pcipiat dolorẽ in su
is mẽbris. nec grauamen superfluũ vel intẽsum. Sciẽdo ꝙ
nõ repit̃ res in mũdo que possit motui ꝛ exercitio ordina
to equipari. eo ꝙ ex motu excitat̃ ꝛ augmentat̃ calor natu
ralis in oĩb⁹ mẽbris. Et nõ est corp⁹ alicui⁹ hoĩs in quo nõ
multũ multiplicẽt̃ superfluitates aliq̃ ꝛ generent̃ q̃uis cõe
dat tpate ꝛ cibaria optima ꝛ pfecta. nedũ in faciẽtib⁹ cõtra
riũ: que sumũt̃ exercitio ꝛ motu ordinato. Et expellit̃ etiã
nocumentũ ex motu ꝛ labore qđ accidit ex malo regimĩe fa
cto in maiori pte hoĩm. Et scitũ est qđ mot⁹ nõ sunt eq̃les.
q: aliqui sunt graues ꝛ alij fortes. et quidã existũt debiles
Motus autẽ grauis est ille cui fortiter anhelitus pmuta
tur. cũ anxietate et ille qui fortior huic existit. noiatur labo
riosus atqꝫ grauis. debilis vero nõ inducit pmutationeꝫ
vel alterationẽ in corpore. Et optimũ quidẽ est in cõserua
tione sanitatis exercere atqꝫ agere motus leues et nõ labo
riosos. et nõ est cõueniens vti exercitio nisi facta ꝛ cõpleta
digestiõe. Et post expulsionẽ superfluitatũ prime et scđe di
gestionis videlꝫ ꝛ stercoris et vrine. neqꝫ debet fieri mot⁹
in forti calore. vel in superfluo frigore. Mot⁹ cõuenientes
sunt in mane post exitũ a somno et cõpleta digestiõe. ꝛ fa
cta expulsione dictarum superfluitatũ. s. stercoris et vrine. Di
xit galie. in regimine sanitatis ꝙ quẽadmodũ exercitiũ est
cõueniens ante cibũ. ita nociuũ est valde post cibũ. ꝛ spe
cialiter post superfluã sacietatẽ. Sciẽdo ꝙ mot⁹ laciis super
fluũ. ꝛ coitus et balneũ post cibũ. sunt oĩa magis nociuĩti
ꝛ specialiter illis qui habẽt venas strictas naturalr. q: illi
sunt qui recipiũt et recipe possunt ex talib⁹ multa nocumẽ
ta. Tamẽ sine nocumẽto põt quilibet se mouere. ambulã
do tantũ q̃tum sua dom⁹ in longitudine extendit̃. ad hoc
ut cibus descendere possit facilius ad fundũ stomachi vbi
digestio naturaliter celebrat̃. Et somn⁹ est ex reb⁹ q̃ multũ
adiuuãt digestionẽ. ꝛ maxime in illis qui assueti sunt dor
mire in die ¶ Et de meliorib⁹ et vtiliorib⁹ reb⁹ in regimĩe
et cõseruatione sanitatis. est: nõ addere cibũ cibo donec pri
mus sit digestus. ꝛ nõ comedere nisi post naturalẽ appeti
tuꝫ. neqꝫ bibere debet nisi rõnabiliter sitiret: qñ multoti
ens q̃ꝫplures hoĩes paciunt̃ sitim. ꝛ famẽ mendosaꝫ. ꝛ in
naturalẽ. q̃ fames specialiter erit ex humore malo et mor
dicatiuo q mordicat orificiũ stomachi. ꝛ inde ꝓpereat̃ fames
cui nullaten⁹ est satisfaciẽdũ. Et scias qđ bibere aquã post
cibũ est vna ex reb⁹ que multũ destruũt digestionẽ. nisi fue
rit assuetus in mẽsa anteq̃ꝫ comedat. ꝛ infra cibũ nõ bibat
nisi aquã simplicẽ sine aliqua admixtione. Et de modis et
ordinib⁹ ꝯseruationis sanitatis. est expellere superfluitates
in oĩ hora et tpe inq̃ꝫtuꝫ põt absqꝫ retentiõe ipsarum. Et nõ
presumat quis comedere. nec balneũ intrare. nec coire. aut
dormire. seu aliqđ iter incipe. vel aliquẽ motũ grauẽ face
re. nisi prius dictas superfluitates toto posse conet̃ expelle
re. Et postq̃ꝫ fecerit aut cõpleuerit aliquã ex dictis quinqꝫ
actionib⁹. similiter agere studeat illđ idẽ. hoc est tẽptare di
ctas superfluitates expellere. Et de ordinib⁹ similr ꝛ cõueni
entib⁹ rebus in cõseruatione sanitatis. est. ut quilibet sci
at et cognoscat naturã vniuscuiusqꝫ specierũ ciborum. Et de
his et sup his q̃ꝫ plures medici diuersos atqꝫ varios edi
derunt libros. eo ꝙ est ex rebus magne necessitatis in arte
medicine.

Explicit liber Auenzoar.

aaron fedeg hendi .i. folium metum
artenam .i. stolopeō

akteel amelech .i. melliloti

babonegi .i. camilla
beren jeme rhi zimin jan

citrag .i. capsia
rysbaralbex .i. rapsicia
rothgemi .i. ja altea

darsem .i. cinnamomum nigrum adsifez

gafferi .i. eupatorium

hojnep .i. jumba

kasim [illegible]

labada basaros .i. asara bacara vel asarg
nahana .i. menta
nanorthia .i. ameos
marzanzus .i. maiorana merzazur

olinarda .i. pollicaria

paniculo .i. piper nigrum

raxinees .i. fustis vel deraxinees

sedeg .i. folium indum

tiumen .i. fenu

zerajarey .i. pimola

Colliget Auerroys.

Aueroys fuit post auenzoar ut [illegible]
[illegible] de his que egrediuntur corpus que [illegible] [illegible]
Aueroys [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] posterior eo

¶ Incipit liber de medicina Auerrois: qui dicitur colliget. ⁊c̄.

Forma capitis naturalis est rotunda habens aliquam planiciẽ in vtroq̃ latere: acsi ymaginatus fueris formam ceream rotundã esse compressaȝ in vtroq̃ latere. Habens intrinsecus concauitates coniungentes se adinuicem: ⁊ nominãtur cellule cerebri: ⁊ sunt due existentes in parte anteriori cerebri ⁊ vna in medio: ⁊ alia in posteriori parte ⁊ prope coniunctionem istarum cellularũ. s. partis vnius cũ altera: sunt corpora formata formis talibus vt sint conuenientes in aliquo tempore ad claudendum vel ad aperiendũ. Et insunt cerebro due additiones germinate a duabus cellulis anterioribus similibus duobus capitibus mamillarũ deriuantes vsq̃ ad os nominatũ colatoriũ: ⁊ istud est os perforatũ foraminibꝰ multis: sed non per viã rectam sed obliquã: ⁊ locus istiꝰ in craneo est locus cui coniungitur extremitas nasi. Et ex panniculis duobus cerebri vnus ex istis est fortis ⁊ grossus: ⁊ alius est subtilis. Subtilis coniunctus est cerebro ⁊ noiatꝰ est capitis secũdina vel secũda: ⁊ assimilat̃ secũdine: eo q̃ in ipso sunt nerui ⁊ vene. ex q̃bꝰ nutrit̃ cerebrũ ⁊ ipse cõtinuat̃ cerebro in aliq̃bꝰ locis. Et pãniculꝰ grossus ꝯiungitur craneo ⁊ etiaȝ cerebro coniungitur in aliquibꝰ locis: Et hic panniculus fortis perforatus existit foraminibus multis in locis duobus. Unus locus est in latere foraminis extremitatis nasi: ⁊ nominatus est colatoriuȝ: ⁊ alter est prope osse existente in palato. Et istud similiter est perforatũ ⁊ sub cerebro. Et sub panniculo grosso est retis que in arabico nominatur alagema que est ex arterijs ascendentibꝰ caput. Sed nuche spondilia ipsam cooperiunt sicut os cranei cooperit cerebrũ ⁊ ipsa circũdatur a duabus pelliculis exeuntibꝰ a duobus panniculis cerebri: ⁊ ex ipsa oritur neruus qui ei coniungitur.

De forma oculorum.

Forma oculi composita est ex septẽ tunicis ⁊ tribꝰ homoribꝰ. Prima ipsaꝝ ẽ q̃ ꝑpe craneũ morat̃: ⁊ est tunica pannosa: ⁊ eius ortus est ex panniculo grosso existente in cerebro: ⁊ nominatur tunica fortis: ⁊ in arabico nominata est aluocha alsalba. Et post ipsaȝ versus partem exteriorẽ est altera tunica pannosa. Et eiꝰ ortus est ex panniculo subtili existente in cerebro. Et nominatur secunda vel secundina: ⁊ arabice almissimia. Et post istam est tunica retina: ⁊ ortus eius est ex anima musculi exeuntis a cerebro: ⁊ est concauꝰ. Et post istam in medio istius panniculi est corpus vnũ mole ⁊ huiusmodi nominatur humor vitreus: ⁊ in arabico alzegia. Et in medio istius corporis est corpus vnũ spericũ habens aliquam latitudinẽ similẽ glandini in claritate ⁊ albedine: ⁊ hec humiditas nominatur grandinosa: ⁊ est corpus profundatũ in humiditate vitrea vsq̃ ad medietatẽ. Et post aliaȝ medietatẽ existentem versus partem exteriorẽ. s. aeris ab humiditate grandinosa est vnũ corpus simile tele aranee: ⁊ illud est in vltimo claritatis ⁊ tersionis: ⁊ nominatur tela aranea: ⁊ in arabico haantebuthia. Et post istam versus partem exteriorẽ existit humiditas vna similis albugini oui: ⁊ nominatur humor albuginosus: ascẽdit supra istã humiditatem versus partem exteriorẽ corpus vnũ subtile asperũ: nominatũ in arabico maciuaru versus albuginẽ ex parte exteriori. Et color eius variatur in corporibꝰ: eo q̃ alicui est valde nigrum: et alicui minus et alicui est coloris calcedonij. Et in medio versus grandinositatem est foramen vnum quod quandoque dilatatur ⁊ quandoq̃ cõstringitur vice vna post aliã secundũ q̃ conuenit humiditati grandinose quãdo est habens lucem quoniã cõstringitur in magna luce ⁊ dilatatur in parua. Et istud foramẽ nominatur oculi pupilla: ⁊ h̄ tunica nominat̃ tunica pupillina Et post istam est coopertura vna corporis vnius grossi ⁊ fortis ⁊ clari scilicet coloris celestis: simile celo factũ admodũ cornu albi ⁊ nominata est tunica cornea. ⁊ color eiꝰ existit admodũ eius tunice que existit sub ea. Et ascendit supra istud corpus vnũ valde albũ nominatuȝ coniuntiua: preter q̃ non cooperit locũ nigredinis oculi: ⁊ istud nominatur albedo oculi. Et eiꝰ ortꝰ est ex pellicula q̃ ẽ versus os exterioris cranei. Et ortꝰ cornee est ex tunita forti: ⁊ ortꝰ vue est ex secundina: ⁊ ortus aranee est ex retina.

De forma nasi.

Forma nasi sunt due vie diuidentes se in partes duas. Una earum deriuatur ad extremitatẽ oris ⁊ alia ascendit desuper donec iungatur ossi simili colatori q̃ compositum est versus duas adeptiones anterioris partis cerebri similiuȝ capitibus mamillarum: ⁊ iste vie circundantur ex vna pellicula grossa orta ex pellicula oris.

¶ De forma auris. Rubrica.

Forma auris: via auris ē in osse petroso: ⁊ ideo noīnaƚ ī lingua arabica agari: ⁊ ī ipso sunt vie oblique: ⁊ tendunt taliter per viam tortam donec iungantur musculo quinto orto a cerebro a quo oritur pellicula extensa supra os petrosum. Sed corpus cartilaginosum existens exterius est auricula nominatū: ⁊ istud est manifestum.

¶ De forma lingue.

Forma lingue: lingua ē caro mollis ⁊ alba: inuoluta venis multis ⁊ paruis in quib⁹ est sanguis: ⁊ sunt vene in ipsa ⁊ arterie ⁊ musculi in quātitate maiori vltra quo vt sue magnitudini videtur cōuenire ⁊ ipsa cooperitur pellicula oris. Et sub ista duo existunt orificia iungentia vsq3 ad carnem glandulosam ipsius que est posita sub radice ipsius.

¶ De extremitate oris.

Extremitas oris tēdit vsq3 ad istas vias. Una ex parte anteriori: ⁊ illa nominatur canna pulmonis. Et alia posita est post ipsam ex parte ceruicis supra spondilia colli: ⁊ hec nominatur meri. Et per istam transit cibus ⁊ potus. Sed per viam canne pulmonis transeunt spiritus ⁊ intrant ⁊ exeunt per viaz hanelitus: ⁊ positum est supra viam istam coopertorium vnum ad cooperienduz ipsam in ora diglutiendi vt aliquid non possit subintrare de eo quod deglutitur: quia si aliqd subintrat incontinenti prouocatur tussis. Et iam preparatū est in hoc loco instrumentum vnū in quo est vox versus orificium canne pulmonis: ⁊ istud instrumentuz est membrum nominatum epiglotum: ⁊ in arabico haugera: ⁊ ipsum est compositu3 ex tribus cartilagibus compōne pulcra conuenienti esse vocis: ideo vt sit edificata ⁊ fabricata ex istis tribus cartilaginibus zāpogna vna vel fistula simul zampogne fistule scilicet ⁊ flaiboli. Et in concauitate istius zampogne ē corpus simile lingue fistule: ⁊ in istis locis sunt lacerta multa vel secreta.

¶ De anotomia totius ventris

Scias q̄ concauitas totius ventris existentis sub osse trachee vsq3 ad os lumbi diuisa est in duas magnas partes: vna est superius cooperiens pl'one3 ⁊ cor: ⁊ secunda est inferius cooperiēs stomachum ⁊ intestina ⁊ epar ⁊ spen: ⁊ fel: ⁊ renes: ⁊ vuluā ⁊ vesicam. Et diuiduntur iste due concauitates membro vno nominato dyafragma: ⁊ istud dyafragma incipit a capite pectoris tendens per diametrum inferius ad vnūquodq3 duorū laterum donec deriueƚ .xij. spondili nuche: ⁊ istud est diuidēs inter superiora ⁊ inferiora. Demū concauitas superior diuidiƚ in ptes duas: ⁊ ille partes diuidūtur in medio q̄ transit per medium illarū partium donec iungatur spondilibus nuche. Et hec concauitas superior tota nomiatur pectus ⁊ terminus ipsius est a superiori parte duoru3 trachee vsq3 ad diafragma quod diuidit superiora ab inferioribus: ⁊ hec est forma pectoris.

¶ De anotomia pulmonis ⁊ cāne eius.

Canna pulmonis incipit ab extremitate oris sicut dixim⁹: ⁊ quādo descendit sub tracha diuiditur in duas partes: ⁊ quelibet pars ipsarum diuiditur in pluribus partibus: ⁊ circa ipsas edificata ⁊ fabricata est caro pulmonis ⁊ iterum edificata est ex omnibus istis cānis diuisis ⁊ venis existentibus sub ipsis caro pulmonis: ⁊ caro edificata ⁊ fabricata circa ipsas est corpus pulmonis: medietas vero pulmonis est in concauitate dextra: ⁊ medietas alia in cōcauitate sinistra. Et canna. s. ipsius pulmonis preparata est ⁊ cōposita ex cartilaginibus in forma annulorum: sed non sunt annuli cōpleti: eo q̄ in quantitate partis tertie ānulorum ipsorū exteremitates sue coniunguntur eis pellicule vni tendens per viam rectam: ⁊ cōiungūtur isti anuli simul vill' ⁊ ligaturis multis. Sed isti ānuli proprie sunt duri ⁊ cartilaginosi: ⁊ gibbositates istorum annulorum sunt versus partem exteriorem corporis: ⁊ possunt palpitari manibus. s. pellicula cōiungens annulos per viam rectam. Sed locus rectus ipsorum coniunctus est meri. Et hoc est ac si ymaginat⁹ fueris in corde tuo fistulam vnam vnius canne: ⁊ tertia pars incisa sit in longitudine3 ⁊ pars secunda integre remancat ⁊ pars tertia incisa in longitudinem coniuncta sit glutine cum carta vna cum ambabus extremitatibus linea recta siue perpendiculari: ⁊ tandem inetlliges cannam pl'onis per viam cōuenientē ⁊ rectam.

¶ De anotomia cordis ⁊ forma eius.

Forma cordis est rotunda ad modu3 pinee que in arabico nominatur femiara: sed est transuersa eo q̄ acuitas cordis existit versus inferiora corporis: ⁊ radix versus superiorem partem corporis. Et habet pelliculam vnam grossam circundantem ipsum: sed non coniungitur tota versus radicem. Et positum est in medio pectoris: sed caput eius. s. acuitas tendit magis ad partem sinistram. Et arteria magna oritur ex ista parte scilicet sinistra: ⁊ ideo apparet pulsus maior in ista parte: ⁊ propter h̄ ymaginantur aliqui q̄ cor sit positu3 in ista parte. Et habet cor concauitates duas magnas vnam ex parte dextra aliam ex parte sinistra: ⁊ versus radicem suam est res vna similis cartilagini: ⁊ ipsa est quasi fundamentu3 totius cordis: ⁊ a concauitate dextra ad sinistram sunt vie ⁊ in concauitate dextra sunt orificia duo. Unum ipsoru3 est orificiu3 vene coniuncte epati que oritur ab epate ꝫm G. ⁊ a corde ꝫm Aristo. Et supra istud orificiu3 sunt pellicule tres aperiētes se seu dilatātes in hora introitus sanguinis in ipsum: ⁊ demum clauditur clausione conueniēti. Et orificium scdm est orificiū vene pniungens se ex ista concauitate in pulmonem: ⁊ est vena vna que non pulsat eo q̄ tunice ipsius sunt grosse ad similitudinem arterie: ⁊ istud orificium habet pelliculas aperientes se extra ⁊ non intus ex aduerso pellicularum alterius orificij. Et in concauitate partis sinistre sunt duo orificia: vnum est orificiū arteri magne: ⁊ habet pelliculas tres aperientes se intrinsecus versus partem exteriorem. Et ꝫm est orificium arterie coniungentis se in pulmone: ⁊ supra istud orificiū est pellicula vna aperiens se intus ⁊ extra. Et habet cor aditiones duas similes auribus: vna ex parte dextra existit ⁊ altera in sinistra. Et pulmo est volatizans supra cor: ⁊ cor habet texturas multas variantes se in oppositione.

¶ Capitulū forme stomaci ⁊ meri.

Iam diximus q̄ in extremitate oris sunt vie due: vna est via anime. s. aeris ad pl'onem: ⁊ secūda est via cibi ⁊ potus meri: ⁊ hoc vocatur meri: ⁊ istud compositum est ex duabus tunicis: vna est extrinsecus ⁊ est carnosa ⁊ textura ipsius tendit in latitudinem. Et alia est intrinsecus ⁊ est neruosa ⁊ textura ipsius tendit in longitudine: ⁊ aliquid ipsius tendit per diametrum: ⁊ ipsu3 positu3 est in posteriori parte supra spondilia colli, ⁊ ipsu3 elongatur ⁊ descendit inferius donec transeat dyafragma ⁊ ligatum est spondilib⁹ vtilib⁹ ipsum ligantib⁹. Et quādo transit dyafragma dilatatur ⁊ fit ex ipso stomacus ⁊ tēdit aliquātulū versus partem sinistram. Et ideo dicitur q̄ caput stomaci quiescit in parte sinistra: ⁊ fundum in parte dextra: ymagina ergo in corde tuo cucurbitam vna3 rotundam habens collum longum ⁊ cū ipsa iungatur collu3 aliud: ⁊ sic intelligens formam stomaci ⁊ meri: nisi q̄ stomacus existit a latere versus dorsum aliquātulū longus ⁊ vnum ex duobus capitibus ipsius stomaci superius est meri ⁊ inferius est principium intestinorū ⁊ nominatur portanariu3: ⁊ in arabico albeb: ⁊ ipse. s. stomacus est ligatus spondilibus ⁊ etiam cum aliquibus intestinorū fortibus ligaturis substinentibus ipsum. Et corpus stomaci compositum est ex tribus tunicis: textura vnius tendit in longitudinem: ⁊ alia vadit per dyametrum: ⁊ illa est intrinsecus: ⁊ ē illa tunica idest neruosa ⁊ exterior ē carnosa: ⁊ textura ipsius tendit in latitudinem.

¶ Capitulū forme intestinorū.

I i Ntestina cōposita sunt ex duabꝰ tunicis ⁊ habēt texturam tendentē in latitudinem soluz. ⁊ super tunicā interiorē adest viscositas noīata i arabico lasuen. inuestita ex ipsa inuiscatiōe siue viscositate a natura. Et oīa intestina sunt. 6. tria minuta ⁊ sunt superiora. ⁊ tria grossa ⁊ sunt inferiora. Et principiū minutorū est intestinū cōiunctū fundo stomachi nominatū duodenum. Et post istum est ⁊ intestinū nominatū ieiunū. ⁊ ista duo sunt erecta in longitudine corporis. ⁊ orificia istorū coniūguntur in epē plus alijs intestinis. ⁊ post ieiunū est intestinū nominatū gracile. ⁊ ipsum reuoluitur reuolutionibꝰ pluribꝰ. Et latitudo istorū triū intestinorū est ad moduz vel ad quātitatē latitudinis portanarij. Et post ista est intestinū nominatū orbū ⁊ istud intestinū est latuz non habens transitū nec inter: sed simile fisculo vel marsupio: ⁊ quia non habet nisi vnū os ideo per ipsuz intrat ⁊ exit: ⁊ quicquid intrat ⁊ exit ⁊ ipsum est in parte dextra posituz: ⁊ post istud est intestinum nominatū colon: ⁊ incipit a parte dextra tendens per latitudinez ventris ad partem sinistrā. Et post istud est intestinū rectum: ⁊ istud intestinuz rectū habet concauitatē amplā in qua coadunantur feces sicut vrina in vesica coadunatᷣ ⁊ orificium istius est lacertus vnius.

¶ Capitulū forme epatis.

E Par posituz est in latere dextro costaruz superiorꝝ ex costis superioribus: ⁊ forma ipsius est forma lune: ⁊ est habens concauitatē in parte lateris stomachi ⁊ aditamēta ⁊ aliquibꝰ insunt quattuor: ⁊ aliquibꝰ quinqꝫ: ⁊ ipsuz est cooperiens supra latus dextruz stomachi ⁊ gibbositas ipsiꝰ est versus dyaframa: ⁊ est ligatū ligamentis coniungentibꝰ se pellicule existenti supra ipsum: ⁊ oritur a concauitate ipsius epatis canale vnū nominatum ianua epatis: ⁊ forma ipsius est forma vene: nisi quia est nō habens sanguinem: ⁊ illud canale est diuisum in partes ⁊ ille partes sunt partes multe in quātitate multa: ⁊ veniunt ex ipsis. s. partibus partes multe ad fundū stomachi ⁊ ad intestinum nominatū duodenū: ⁊ multe etiaz partes ad intestinuz veniunt: ⁊ demū ad residuū aliorꝝ intestinorū donec iungantur intestino recto. Et istud canale qđ est in porta epatis diuiditᷣ etiā in partibꝰ interioribꝰ ipsiꝰ epatis ad partes minutas. s. ad venas capillares similes capillis. Et a pte gibbositatis epatis apparet vena vna magna a qua omnes vene totius corporis volant siue exeunt: sicut dixꝰ in anotomia venarū. Et radix ipsius vene diuiditur ab epate ad partes minutas similes capillis: ⁊ obuiatur in partes diuisas a canali nominato porta. Et nutrimentū chimosū intrat in epate per suā ianuā: ⁊ illis venis decoquitur donec redeat ad sanguinem ⁊ demū exit per illaz venā magnā existentē in sua gibbositate.

¶ De forma splenis.

F f Orma splenis est longa: ⁊ positū est in parte sinistra ligatū ligamentis cōiungentibꝰ pellicule existentibus supra ipsuz ⁊ est continuatū stomaco ex vna parte, ⁊ ex alia parte costis posterioribus: ⁊ oriuntur ab ipso conducta duo: vnū ex ipsis cōiungitur ori stomaci ⁊ aliud cōiungitᷣ in epem versus concauitatē.

¶ De forma fellis Rubrica.

F i Orma fellis: fel positū est epem ⁊ habet vias duas: vna cōiungitᷣ in cōcauitate epis: ⁊ alia ramificatur ⁊ cōiungitᷣ inferioribus intestinis ⁊ in fundo stomaci.

¶ De forma ⁊ anotomia renum.

F f Orma renū: duo renes positi sunt in latere duorꝝ laterū spondiliū nuce ꝓpe epar: ⁊ ren dextrū est in altiori loco rene sinistro: ⁊ vnūquodqꝫ hꝫ colla duo vnū ipsorū cōiungitur in vena magna ascendēte a gibositate epis: ⁊ aliud descendit inferius donec cōiungatur in vesica cōiunctione mirabili: ⁊ iste due vie. s. ista duo colla nominantur in arabico alalbin.

¶ De forma vesice

L Ocus vesice est inter anuz ⁊ vmbilicū: qui locus est nominatus in arabico bana: ⁊ composita est ex duabus tunicis: ⁊ in orificio sui est lacertus vnꝰ ⁊ vna venit a renibus ad ipsum per vias nominatas albalbin: ⁊ iste due vie tendunt per dyametrū ⁊ vadunt etiā per longum donec transeant infra in vesicam: ⁊ oritur ab ipsis corpus vnum simile pellicule que apperit vesicam ⁊ claudit eam ex parte renum: ⁊ istud est sine dubio vt aliud non redeat de vrina ad renes.

¶ De anotomia mirac ⁊ zirbi. Rubrica.

M Irarch qꝫ etiam in arabico nominatur mirach. habet sub lacerto existente in vestito sub ventrem pelliculam vnaz: ⁊ est plana: ⁊ post istam est coopertorium: ⁊ post sunt intestina: ⁊ iuuamentū istius pellicule est ad obuiandum ne intestina simul cōmiscecantur: sicut fit in egritudine in arabico nominata sachot: ⁊ iuuamētū coopertorij est ad calefaciendum intestina: ⁊ de istis ero locutus largius in libro sanitatis.

¶ De anotomia veretrū ⁊ testiculorum.

O Ritur ex osse vmbilicali corpus neruosum: musculosum āpluz: ⁊ multaruz concauitatum: ⁊ sunt sub ipso arterie multe ⁊ late vltra eo qꝫ conueniret sue magnitudini: ⁊ istud corpus est veretrum: ⁊ oriuntur a pelicia vie due nominate in arabico albarbachi ⁊ demuz ramificatur ⁊ generatᷣ ex ipsis pelicula. s. bursa testiculorū ⁊ etiam testiculi: ⁊ veniunt a latere interiori ex parte venarum inferiorum rami habentes inuoluptōes ⁊ ligamenta multa: ⁊ circundantur carne glandulosa alba: ⁊ habent testiculi vias duas venientes ab ipsis ad veretrum.

¶ De anotomia mamillarum

M m Amilla est composita ex arterijs: venis ⁊ musculis: ⁊ est repleta carne glandulosa alba: ⁊ iste arterie ⁊ vene diuise sunt in mamillis in ptes multas minutas: ⁊ reuoluūtur ⁊ torquentur reuolutionibus ⁊ tortōnibus multis.

¶ De anotomia vulue.

V Ulua posita est inter vesicam ⁊ intestinū rectum: sed est superans vesicaz ex parte superiori: ⁊ ligata est ligaturis lenibus: ⁊ ipse sunt musculose vt de facili possint extendi ⁊ dilatari ⁊ coadunari ⁊ constringi: ⁊ habet cameras duas iungētes in vno orificio: ⁊ quelibet istarum camerarum habet loca concaua: ⁊ nominata sunt in arabico aluebt: ⁊ ista sunt orificia venarū: vnde sanguis mestruus transit in vuluā. Et post illas. s. duas cameras sunt additiones que testiculi duo mulieris dicuntᷣ ⁊ sunt minores testiculis virorū. Et id quod superat ex vulua durat vsqꝫ ad orificiū ipsius quod nominatum est in arabico sereg. habet additamenta prohibentia ipsum a frigore. Et orificium virginis vulue est crispū: ⁊ ex crispitudine illa oriuntur vene minute habentes pelliculā vnā contextam duabus texturis: vna tendit in longitudinē: ⁊ illa est minor: ⁊ altera vadit in latitudinem. Et quātitas huius anotomie membrorū sufficiat hic: ⁊ si aliqui volunt plus addere addant.

¶ Explicit liber primus. Incipit secundus qui dicitur de sanitate.

Auicenna fuit ... [illegible] ... haliabbas ... [illegible] ... galienum oribasium et paulum ... [illegible]

Sanitas est bona dispositio in mēbro ex qua
ipsuꝫ operaꝛ operationē quā habet agere ꝑ
suā naturā: ⁊ patiꝛ passionē quā habet pati.
Et ista diffinitio est ex diffinitionibꝰ per se
notis. Et ideo qꝛ mēbroꝝ ꝺm ꝙ testificaꝛ
sensus sunt due spēs cōsimilis ⁊ officialis: debemꝰ intelli
gere in vnaqꝫ spē ipsoꝝ quid ipsa est ⁊ ponere differēti
as earū: ⁊ postea debemus enarrare, que est actio ⁊ passio
que appropriaꝛ vnicuiqꝫ membro: ⁊ quādo nos faciemꝰ
istud: tūc cognoscemus quid est sanitas vera cognitione.
Et incipimꝰ loqui sup corpus ꝯsimiliuꝫ partiū. Et dici-
mus ꝙ via in cognitione rei cū qua operaꝛ membrū con-
simile suas operationes ⁊ patiꝛ suas passiones est via ꝑ
quā nos possumus certificari in radicibus istius scientie:
postqꝫ nos recepimꝰ hec verba declarata in naturali phi-
losophia. s. ꝙ oīa corpora similiū partiuꝫ sunt cōposita ex
quatuor elemētis. s. ex igne: aere: terra ⁊ aqua: ⁊ est decla-
tū in libro generationis ⁊ corruptionis: ꝙ via generatio
nis nō est nisi ex parte tēperantie cōmixtionis ⁊ cōplexio
nis: ⁊ in quatro methauroꝝ est declaratū ꝙ cōplexio ⁊ cō
mixtio nō fit nisi per modū decoctionis que decoctio non
fit nisi per calorē. Et ꝙ differentia q̄ reperiꝛ in istis corpo
ribꝰ cōsimilibꝰ nō eueniet nisi ꝺm tēperātiā calidi fri. hu.
⁊ sic. ⁊ ꝺm qꝰ inueniꝛ in eis alia forma tēperātie: ⁊ est de-
terminatū ibi ꝙ forme eoꝝ non sunt aliud qꝫ forme tēpe
rātie cōplexionalis: ⁊ ꝙ accidentia que sunt ꝓpria in vna
queqꝫ spē ipsoꝝ nō sunt stātia ꝑ se: sed sunt sequentia for
mas cōplexionalis. Et hec est narratio que erat multū ne
cessaria anticipare hic. Et sunt verba q̄ sunt declarata in
nāli phia ꝑ demonstratōes ꝓprias ⁊ ordinatas. Et qn̄
medici studient tractare de istis rebꝰ in huiusmodi arte: eo
rū verba nō sunt sup ista nec ꝓpria nec ordinata: eo ꝙ stu
dēt attribuere res vniuersales entibꝰ ꝑticularibꝰ: ⁊ idō eoꝝ
dicta nō sunt ꝓpria ⁊ nō sunt sup viā quā intēdūt ꝓba-
re: ⁊ tūc cadūt in re quā credūt adducere ꝑ demōstrationē.
Et ista res accidit G. in lib. de cōplexione. s. ꝙ doctrina
eiꝰ in illo libro nō incedit ꝺm doctrinā quā fecit i libro de
elementis ꝑ viā demōstratiuā: ⁊ ista verba erūt multū leuia
apud illū q studuerit in logica etiaꝫ ꝑuo tpe. Et nō volu
mus reuerti ad ordinē verboꝝ nr̄oꝝ. Et dicimus ꝙ iste
res qn̄ erūt ꝺm modū quē diximꝰ: tunc erit intellectuꝫ ꝙ
res qꝫ diximꝰ ⁊ mēbrū cōsimile agit cū ea actionē suā aut
passionē suā patiꝛ nō est alia res qꝫ forma cōplexionalis
q̄ prouenit a mensura q̄tuor elemētoꝝ. Et qn̄ res miscibi
les nō inueniūꝛ ī mixto nisi duobꝰ modis. Unꝰ est ut men
sure sint equales: ⁊ ista mixtio vocaꝛ mixtio equalis cōpa
rando istā extremitatibꝰ: eo ꝙ est in medio earū non decli-
nās. Secundꝰ ut nō sunt inequalibꝰ mensuris: ⁊ ista etiā
inequalitas est multis modis: ⁊ ꝺm istā inequalitatē sunt
diuersificate ⁊ inequales facte cōplexiones specieꝝ. Sed
dabimꝰ pro exēplo huiꝰ ꝙ sicut cōplexio equi est diuersa a
cōplexione hoīs: ideo qꝛ mēsure elementoꝝ sunt mixte in
eo sup latitudinē diuersaꝫ cōmixtionis mensuraꝝ earuꝫ
in hoīe. Et ideo ꝙ illa forma cōplexionalis que est ꝓpria
in vnaquaqꝫ spē inueniꝛ in ipsa eadē spē inequalitate et
distēperātia media inter multū ⁊ paruū: ⁊ etiā habet lati
tudinē q̄ recipit plꝰ ⁊ minꝰ ꝯ extremitates q̄ tēperantia et
equalitas non exit de eis nisi qn̄ corrūpiꝛ forma specifica
earū necesse est ex hͦ ꝙ vna ⁊ eadē cōplexio spālis sit equa-
lis ⁊ exiens ab equalitate. Et istud est aut in vna quatu-
or q̄litatū aut in duabus: quaꝝ possibilis est cōpositio ad
inuicē. s. actiuaꝝ ⁊ passiuaꝝ: quaꝝ vna nō ꝯdicit alteri. s.
ca. h. f. ⁊. s. ergo conplexiones consimiliū partiū sunt de
necessitate. ix. s. equalis. ca. f. s. ⁊. h. aut ca. ⁊ h. aut ca. sic.
aut. f. ⁊. h. aut. f. ⁊ sic. Sed si inueniunꝛ iste. ix. in corpo-
re hoīs in fine similitati fini extremitatis elemētoꝝ in men
sura q̄litatū. Istud aūt nō posset esse si nō esset possibile in
uenire corpus consimiliū partiū in quo mensure elemen-
toꝝ essent eq̄les peniꝰ in quātitate. Et vie speculatiōis
multū necessarie sunt hic: tn̄ apparet ꝙ ē īpossibile esse hͦ
in quātitate partiū eoꝝ. s. in grauitate ⁊ leuitate. Ideo ꝙ
dn̄ans sup corpora partiū ꝯsimiliū est aqua ⁊ terra: ideo
hn̄t coagulationē ⁊ ꝯfirmitudinē: ⁊ q̄litates q̄ faciūt ipsa
firmari ⁊ cōpleri sunt ille q̄ faciūt coctionē ⁊ digestionē: ⁊
ideo est appropriatuꝫ generabile al'. nāle dn̄ationi partis
agētis calide ⁊ patiētis hūide cū qbꝰ fit mixtio ⁊ coctio et
totū hoc est declaratū in. iiij. methauroꝝ. ⁊ ab illis reguliꝛ
est probatuꝫ ꝙ cōplexiones nō sunt nisi. 2. sol'. j. equalis
⁊ alia inequalis. Et ꝙ est īpossibile duo corpora inueni-
re q̄ sint coīa in caliditate ꝙ vnū sit sicciꝰ alio: sicut opinaꝛ
G. in puero ⁊ iuuene: ⁊ iā declarauimꝰ istud in alio loco
meliꝰ. Et scias in summa ꝙ mēsure duarū q̄litatū passi-
uarū eo ꝙ forme prime hn̄t materias ꝓprias sub eis. Et
nos videmꝰ si nos exiremꝰ ab intētione publica multitu-
dinis medicoꝝ eēt difficile intelligere: ⁊ ideo nos loqmur
de hoc nimis. Et adhuc error q accideret ex hoc in hac ar-
te est multū paruus: ⁊ ideo nō facimꝰ hic nouū preceptuꝫ
Et etiā error quē diximꝰ de tēperata cōplexione est paruꝰ
Et ideo dicimꝰ ꝙ est verū verbū. G. ꝙ dixit de cute vole
manꝰ. Et magis in ista pala vel palma apud arabes con-
sonat pro extrema parte palme versus digitos palme: ⁊
plus in ista que est super partem que vocaꝛ formiculata.
Et quādo erit totū hic ꝙ narrauimus: tūc res cū qua ope
ranꝛ cōsimiles suas actiones aut patiunꝛ suas passiones
est de necessitate vna istaꝝ nouē cōplexionū siue sint ꝑtes
ꝯsimiles alijs siue nō. Et ideo necessariū est scire naturalē
cōplexionē de istis nouē cōplexionibꝰ cuiuslibet mēbroꝝ
ꝙ illa cōplexio est tēperata cōperando ipsam actioni mē-
bri aut passioni eius. Et ista tēperantia est illa que est di
cta tēperantia specialis speciei: ⁊ ipsa est illa cōplexio quā
oportet ꝯseruari in hac arte aut restaurari. Et quādo stabi
mus sup cōplexione cuiuslibet mēbroꝝ ꝯsimiliū: tūc sta-
bimus sup complexionē membroꝝ compositoꝝ ex ipsis.
Et quādoqꝫ ꝑīs ideo ꝙ cōplexio quedā est q̄ appropria-
tur mēbro officiali inqꝫtū est officiale: ⁊ quedā est appro-
priata ei inquātū ē ꝯsimiliū partiū: nō ex parte vnde ē of-
ficiale. Et quādo nos stabimꝰ ex hac parte super cōplexio
nē cuiuslibet membri membroꝝ officialiū: tūc poterimꝰ
stare sup complexionē temperatā appropriatā toti corpo
ri: ita ꝙ complexionē nos nō appropriamus nisi in hͦ ꝙ
est inuenta mēbris officialibus ex quibꝰ est compositū: et
mēbris officialibus ex parte consimiliū. Et est necesse ut
scias in primis ꝙ ex mēbris quedā sunt composita ex ele
mentis prima compositione: ⁊ quedaꝫ sunt cōposita me-
diante prima cōpositione. Et mēbra ꝯsimilia q̄ sunt par
tes aīalis sunt huiusmodi speciei: ideo qꝛ nō generantur
nisi ex sanguine solūmodo: ⁊ sanguis generatur ex cibꝰ et
potibꝰ. Et scias ꝙ sperma nō est ex rebꝰ q̄ sunt pars mē-
bri aut simplex aut aliqͦd aliud mēbroꝝ: sicut declaratum
est in naturali philosophia. Et ego faciā longiorē sermo-
nē in tractatu de iuuamēto mēbroꝝ. Nec etiā melia cola
⁊ flegma sunt elementa membroꝝ ꝯsimiliū ꝑ viā ꝺm quā
est sanguis. Ideo ꝙ res q̄ generanꝛ plus qꝫ ex vna re nō
complenꝛ: nisi quando miscenꝛ ille res adinuicē ⁊ faciunt
vnum corpus sicut est sgqibi ꝙ fit ex cōmixtione mellis
cum aceto ⁊ aqua: quoruꝫ quodlibet stabat per se in actu.
Et in vulua non inueniuntur melia colera in actu que
misceantur cum sanguine ad hoc ut sint postea pars mem
bri. Sed colera ⁊ melia sunt in corpore hominis ex certis
iuuamētis que nos festinamus declarare. Sed flegma
est materia remota ideo ꝙ ex ipso nō generantur membra
nisi quando fit sanguis. Et due colere non sunt materie
mēbri nec propinqꝫ nec remote: ideo qꝛ est īpossibile ipsaꝛ
cōuerti in sanguineꝫ: sed ipse sunt in eo in potentia quia
quando corrūpitur multotiens ꝯuertitur ad eas. Et nō
fecit eos errare in hoc nisi locus ꝯsequētis: ideo ꝙ viderūt
quod elementa non inueniuntur in composito ex eis nisi
in potentia cum dixerunt hoc. Sed ⁊ non conuertitur
ꝙ res que inuenitur in alia re in potentia sit eiꝰ elemen-
tū. Sed sanguis est īmiscibile ad aliā rem per accidens

non sicut est yle cibus istorum per accidens sed sicut
vita est yle mortis. Et ideo non dicitur ꝙ fex ⁊ spu-
ma sit elementũ vini: sed dicitur ꝙ vinum est com
pletum existentibus separatis istis ab eo: ideo quia
sunt eius superfluitates separate ab eo quãdo dige-
ritur: ita sunt vere due colere cuz sanguinee eo ꝙ qđ
libet generabile habet aliquã superfluitatem que se-
peratur ab ipso tempore digestionis.

¶ Capitulũ de cõplexionibus menbroꝝ cõsimiliũ.

ET postq̃ est declaratum istud: revertemur
ad ordinem nostrum: ad enarrandum cõ
plexionem quorũlibet membrorum consi
milium: ⁊ ab illo procedemus ad cognitio
nem eorum actionum ⁊ passionum. ¶ Dicimus ꝙ
ossa appent ex suo eẽ: ꝙ frigiditas ⁊ siccitas domina
tur super ea: ⁊ similiter cartilagines: ⁊ pili: ⁊ corde:
⁊ ligamenta: ⁊ nervi: ⁊ vene: ⁊ pãniculi: eo ꝙ calor ea
coxit: ⁊ frigiditas ꝯgelavit: ⁊ iõ mollificat ea calor qñ
dissoluit. Et ista qualitas est in uno eorum plusq̃ in
alio. Et videtur ꝙ siccior oĩbus sit pilus: post illum
os. ⁊ post illud cartilago: ⁊ post ligamentũ: ⁊ post il-
lud panniculus: ⁊ post illum vene pulsatiles: ⁊ post il
las nervus vel musculus. Sed superfluitas frigidita
tis eorũ est ista ꝙ pilus est frigidior oĩbus: ⁊ post illuz
ossa: ⁊ post illud cartilago: ⁊ post illam ligamentuz: ⁊
post illud panniculus: ⁊ post illum lacertus: ⁊ post il-
lũ vene pulsatiles ⁊ non pulsatiles. Et ista membra
f. ⁊. s. non appropriant frigiditati: nisi ꝑpter hoc ꝙ
frigiditas est illa que cõplet ea ⁊ dominat in eis: nõ
ꝙ ipsa sint privata calore: sic ipa sint appropata sicci
tati iõ ꝙ siccitas est illa q̃ ꝯplet ea ⁊ dñat i eis ꝙ sint
privata humiditate q: mixtio ⁊ digestio stant super
humiditatẽ: ⁊ calor qui est in istis ẽ in spẽ spẽrum ac
cidẽtis. ¶ Sed mẽbra super q̃ dominat calor ⁊ hu.
sunt caro: sanguis: ⁊ sps. Sed calidius oĩbus est sps:
⁊ post illum est sanguis: ⁊ post illũ caro. Et per istam
eandẽ viã icedunt humiditates: ideo ꝙ sps est de ge
nere aeris: ⁊ aer est humidior aqua sicut declaratuz
ẽ in phia. ¶ Sed mẽbra frigida ⁊ humida in primis
est adeps: ⁊ post illam est piguedo: ⁊ post illam cere-
brum. s. sba medullaris: ⁊ humiditates incedunt ẜm
hanc viã. ¶ Et hic ẽ pelagus in quo aliquis multuz
hẽret navigare si tp̃s adesset. Et i alijs nostris libris
iam loquuti sumus prolixe. Sed multũ recordare ⁊
cave ne obliviscaris qđ dcm̃ est supra. s. ꝙ de neces
sitate est ꝙ sit gradus virtutũ activarum super unaz
⁊ eandem cõplexionem ẜm compõez graduum vir-
tutum passivarum: ⁊ non intendas post consiliũ igno
ratum in hoc: ⁊ conveniens est medico recipere cõ-
plexionem istorũ membrorum a naturali.

¶ De complexionibus membrorum officialium.

VT nunc incipiem⁹ a cõplexione mẽbrorum
officialium postq̃ diximus de complexiõe
consimiliũ ¶ Et dicim⁹ quod cor postq̃ est
compositũ ex panniculis ⁊ ligamentis ⁊ ner
vis est de necessitate cl'm pp multũ spirituz exñtẽ in
eo: ⁊ propter sanguinem existentẽ in eo: ⁊ etiã prop-
ter partem carnosam quã habet ⁊ stat in corpore ad
similitudinez unius clibani ignis in domo. Sed si
est siccũ sicut dicunt medici: aut temperatum: aut de
clinans ad humiditatem: hoc est speculanduz. Sed
mihi videtur ꝙ est declinans ad humiditatem pro-
pter spiritum existentez in eo. ¶ Sed illud quod vi
detur ex epate ex sua essentia est ꝙ sit calidum ⁊ hu-
midũ. Propterea quia maior pars suarum partiuz
est carnosa: sanguinea: ⁊ etiaz ad ipsuz transmittunt
multe arterie. Et hic multa sunt inquirẽda: ⁊ q: me
dico non ꝑtinet ideo dimittamus. Et cerebrum est
frigidũ ideo ꝙ maior pars suarũ partium est sba me
dullaris ⁊ nervosa ⁊ similis huic. Et natura medulle
que ẽ in ipso est diversa a natura medulle que ẽ i ossi-
bus q: tu vides ꝙ non est i eo pars pinguosa aut un-
ctuosa: ⁊ quãdo coquit ad ignẽ ingrossatur ⁊ desiccat:
ideo ꝙ pars aquosa que est i eo resoluit ꝑpter calorez
⁊ remanet pars terrestris. ¶ Et quẽadmodum dici
mus de cerebro: eodẽ modo diximus de nucha.
¶ Sed splen ⁊ renes ipsa etiã sunt de mẽbris calidis
⁊ humidis: q̃uis renes sint in hoc sub splene in gra-
du pp grossitiẽ sanguis q stat in splene sic splen ẽ i hoc
gradu satis inferior epate. ¶ Et postq̃ est declaratũ
in cõplexione membrorũ officialium ⁊ consimilium
ab isto possimus cognoscere quid est temperata cõ-
plexio totius corporis. Quod si inveniuntur alia mẽ-
bra proportionata super istas complexiones ipsum
est temperate complexionis penitus: ⁊ inveniuntur
in eo iste proprietates ⁊ illa signa que dicit. G. que
inveniuntur in temperata cõplexione. ¶ Et mani-
festum est ꝙ ista temperantia nõ dicitur nisi in com-
peratione omniũ partiũ totius corporis: ⁊ ideo quia
impossibile est istis menbris consimilibus exeunti-
bus eis a sua cõplexione naturali: aut in una qualita
te aut in pluribus ꝙ nõ superveniat permutatio aut
corruptio per istum exituz. Et iste exitus habet mul
tas causas: aut propter clima aut yle. aut ꝑpter agẽs
aut propter mutationez quatuor etatum. eo ꝙ puer
est calidus: ⁊ humidus: ⁊ iuvenis calidus ⁊ siccus. ⁊
senes est fridus ⁊ siccus. ⁊ hoc manifestũ est ex eorũ
operationibus. ⁊ ex ꝓpinquitate ⁊ longitudine gene
rationis. Et etiam masculi cõplexio est calidior ⁊ sic
cior cõplexione femine. ⁊ hoc manifestuz est ex ope-
rationibus eorum. ¶ Et aliquando permutant cõ-
plexiones propter exercitia ⁊ propter cibos ⁊ propt
omnia extrinseca. Et sicut potest esse ista ꝑmutatio
in consimilibus ita potest esse in officialibus. ⁊ post
hoc in totalitate totius corporis concordantibus no
bis ipsa omnia ad invicem. ¶ Et postquaz est possi
bile esse hoc. ⁊ est iam ostensum ꝙ exitus cõplexionũ
exeunt ad. viij. species aput medicos. tũc res ꝑpter
quas operatur menbrũ suas actiones ⁊ patitur suas
passiones aut totuz corpus sunt. ix. species apud me
dicum: una temperata. ⁊ illa est naturalis. ⁊ octo sũt
distẽpate. eo ꝙ corpus cui dominat caliditas in mẽ-
bris ⁊ siccitas appropriatur caliditati ⁊ siccitati. ⁊ sic
in reliquis speciebus. Et hoc modo intellige ꝙ spe-
cies complexionis sanitatis sũt novem. Et tẽperata
comunicat cum ambabus speciebus membrorum
salvo ꝙ ipsa est in simplicibus primo ⁊ in substantia
⁊ in cõpositis secundario ⁊ per accidẽs. Et ideo me
dici appropriant cõplexiones distemperatas qualita
ti active ⁊ passive. ⁊ cõveniens est appropriare com
plexionem totius corporis istis duabus qualitatib⁹
solum. ⁊ propter hoc sunt scđm rationem cõplexio-
nis distemperate soluz quattuor. ¶ Et postq̃ est de
clarata sanitas cõsimiliũ partiũ propter earuz cõple
xionem temperatã quam habent propriam ⁊ in sub
stantia conservatam. ⁊ per accidens membrorũ offi
cialium ⁊ totius corporis. Modo redeamus ad de
clarandum sanitatem membri officialis substantia
liter in quantum est officiale ⁊ species eius. Et dici-
mus ꝙ membra officialia ideo quia sunt composita
apparet ex eoruz esse ꝙ non operantur suas actiões
⁊ patiunt suas passiones nisi quando sunt in sua qua
litate: ⁊ in qualitate quãtitatis: in quãtuz ipsa est quã
titas: ⁊ in positione sua scđm modũ naturalem: ⁊ in
continuatione partium suarum: ⁊ in contiguatione
terminorum eorum in coniunctione sua ⁊ separatõe
⁊ in qualitate coniunctionis ⁊ separationis eorũ ⁊ si
tus eorum: ⁊ ordinationis. ¶ Et quidaz sunt qui opi
nantur ꝙ istud intret in genere positiõis sed si vocat
positio hoc non est nisi propter equivocationẽ. Sed

qualitas eorum est ꝙ sit forma eorum naturalis: et ꝙ cõcauitates eorum ⁊ vie sint scdm formã naturalẽ in eorum largitate ⁊ strictura: ⁊ ꝙ sint eorum superficies in leuitate ⁊ asperitate ſm modum naturalem. ¶ Sed quantitas est in tempore quãdo inueniunt harum partium numerus naturalis: ⁊ eodez modo in suis mensuris. ¶ Sed modus eorum in coniunctione est etiã modus ille naturalis sicut coniunctio partis menbri officialis pars parti: ⁊ separatio eorũ pars a parte ⁊ qualitas cõiunctionis ⁊ separationis intrat in hoc. ¶ Et continuatio ⁊ contiguatio ⁊ terminatio ⁊ separatio ⁊ cõiũctio manifesta sunt ¶ Sz continuatio plus contigit in menbro consimili quã in officiali. Et paruũ ⁊ magnuz in esse in genere mẽsure: ⁊ est appropriatũ quãtitati cõtinue: sicut ẽ satis vel multũ: ⁊ paruũ appropriatũ quãtitati discrete. ¶ Et quãuis mensura in hoc ꝙ appropriatur est conuenientius appropriare eaz menbro consimili quã officiali: ideo quia officiale nõ est super mensuram suã naturalẽ: nisi quando est quodlibet consimilium ex quibus est cõpositũ super mensurã suam naturalẽ ¶ Sed positio naturalis que est in mẽbro hoc est vt sint eorũ partes opposite menbris manifestis sicut consuetudo est menbri positi: ⁊ istud erit locus menbri naturalis in corpore: sicut est epatis ⁊ stomaci: ⁊ sic in alijs est intelligendũ. ⁊ ita est mod⁹ iste in positione partis menbri in seipso pars parti. ¶ Sed ꝙ diximus ꝙ modus ipsius ex cõmunicatione partiũ suis partibus est modus naturalis. hoc existit in positione prima que generalis est oĩbus membris corporis sic ẽ cõmunicatio oĩuz mẽbrorũ principaliũ. eo ꝙ nõ cõplerent eorũ operatões nisi cũ eis. ⁊ ẽt hoc ẽ inuentum in menbro cũ menbro. sicut cõmunicatio stomaci cum cerebro in operatione sua que est appetitus. Et sicut est in partibus vnius ⁊ eiusdem menbri officialis cum parte que dominatur plus in operatiõne illi⁹ rei: sic ẽ cõicatio omniũ ptiũ oculi ad cristallinaz humiditatẽ. ¶ Sed gradus ꝯiunctionis ⁊ separationis ⁊ eorum qualitate: quoniã sunt ex menbris que separata sunt absq₃ ligamine ⁊ ligaturis sicut sũt digiti. Et eorum sunt que associant ligaturis vel adeptionibus quorũ partes intrant partes. ⁊ eoꝝ sunt quoꝝ cõiunctiones sunt nodatiles: ⁊ hoc modo põt esse ꝙ mouet membrũ ꝙ est pars cõiunctionis ipsi⁹ situs. ¶ Sicut est planta manus que est pars cõiunctionis brachij ꝙ est nominatũ in arabico scahat: et ipsa planta cõiuncta est ligaturis ⁊ adeptionibus: et cũ hoc est cõiunctio nodatilis. Iste sũt species dispositionũ que qñ sunt in membris officialibus tunc habent agere suas actiones naturales ⁊ pati suas passiones siue illas quas habẽt ab vtilitate: siue illas q̃s hñt a nobilitate. ¶ Et a capl'is anotomie q̃ ordinata sunt per multos alios auctores poteris scire istas res prolixius: ⁊ ꝓpter hoc nõ est mea intentio ꝓlongare me in eis. Et si tu vidisti libros. G. ⁊ libros aliorũ medicoꝝ qui sunt scdm suã opinionẽ ⁊ videbis istũ: tũc cognosces ꝙ illud qđ dixim⁹ in diuisiõe specierũ sanitatis est multũ melius ⁊ verius quaz illud quod dixit homo quã scis. ¶ Et istud meli⁹ aũt nõ posses cognoscere si tu nõ studueris in naturalibus scientijs ꝙ tu teneas de via phoꝝ aliquantulũ plus quaz de via medici: ⁊ ꝙ iste liber nõ est factus pro illo qui incipit tantummodo legere. ¶ Et modo incipimus dicere ⁊ inuenim⁹ de cõplexionib⁹ sanitatis apropriatis mẽbris cõsimilibus que sunt in fine tempantie scdm se ⁊ quosdã que exeunt a tempantia sed erit⁹ ꝑ quẽ nõ prouenit lesio sensibilis in actione aut in passione. Et similiter est in mẽbris officialib⁹: ⁊ inuenimus hic qualitatẽ tempatam ⁊ quãtitatem temperatã ⁊ positionẽ temperatã ⁊ cõmunicationẽ temperatã. Et ista est bona dispositio super quaz visus fuit G. demonstrare in tractatu habitudinis bone: ⁊ qui eam voluerit addere isto libro nõ reputo maluz. Iđ species sanitatum que sunt in officialibus membris sunt apud medicos octo: quattuor temperate et quattuor distemperate aut augmentate. ¶ Sed quitum ergo specierum vel geneꝝ dispositionũ quidaz sunt qui opinant ꝙ est vnũ in quo cõmunicat mẽbra consimilia ⁊ officialia: ⁊ illa est forma cõiunctionis nostre. Ideo qr cõiunctio est duob⁹ modis sicut scis vna est cõiunctio nodatilis: alia ẽ cõiunctio vera: et vera est apropriata magis consimili: ⁊ alia plus officiali: Sed cõiunctio vera illa est consimiliũ: ⁊ debet numerari in habitudine ꝯsimiliũ sanitatis. ¶ Amõ declarauim⁹ oẽs species habitudinũ sanitatũ membroꝝ cõsimiliũ ⁊ officialiũ coẽs siue ꝓprias. Et declaratũ est in oĩbus per quẽ modũ est eoꝝ cõmunicatio. Et fuit necesse illi declarationi: ideo ꝙ operatio cõplexionis tempate membri officiali nõ ẽ vna ⁊ eadẽ operatio cũ illa ꝯsimiliũ: ideo qr ẽ cõsimilib⁹ propria ⁊ in substantia: ⁊ officialib⁹ scđaria: ⁊ ꝑ accidẽs ⁊ alij medici ñ subtiliati fuerũt i faciẽdo hãc disiõez.

¶ Capitulũ de actionib⁹ ⁊ passionib⁹ mẽbrorum.

Modo volumus tractare de actionib⁹ ⁊ passionib⁹ proprijs in quolz membro: ⁊ iste intentiones ⁊ cognitiones sanitatis stant loco causarũ finaliũ: ⁊ ille de quibus hacten⁹ loquuti sumus stant loco causaꝝ formaliũ ⁊ materialiũ: ⁊ hic ẽ ponẽdũ vnũ principiũ naturale. ¶ Et dicimus iaz eẽ ostensuz in naturali phia ꝙ quodlz corpus ẽ cõpositũ ex materia ⁊ forma: ⁊ ꝙ materia non ẽ inuenta nisi ꝓpter formã ⁊ propter hoc collectũ ex materia ⁊ forma. s. ens naturale nõ ẽ nisi ꝓpter operationes suas proprias in ipso. Ideo dicit aristo. ꝙ natura non facit aliquid inuanũ. Et similiter inuenitur istud in rebus artificialib⁹: verbi gratia qr ligna nauis nõ sunt inuenta nisi propter formã nauis ⁊ figurã suaz: ⁊ ẽ inuentũ ⁊ collectũ ex his ambob⁹ ꝓpter operationẽ nauis. s. nauigare in aqua: ergo đ necessitate ẽ iuenire in membris hoĩs rẽ que sit etiã hoc modo: ꝙ sit in eis res stans loco materie: ⁊ res stãs loco forme. ⁊ res tertia. s. actio ⁊ passio: que res ipsa erit finis collecti eoꝝ. ¶ Et hic est necesse inquirere in p̃mis q̃ sit illa res in mẽbris que stat loco forme: ⁊ q̃ loco materie: ⁊ postea veniem⁹ ad declarandũ actionẽ ⁊ passionez cuiuslz eoꝝ. Et dicim⁹ ꝙ mẽbra cõsimilia apparẽt vt i plurib⁹ eoꝝ ꝙ sit loco materie cõpositi. Quia ossa manuũ ⁊ ligamẽta ⁊ corde ⁊ nerui ⁊ caro ⁊ cutis apparẽt ex eoꝝ esse ꝙ nõ sint iuenta nisi ꝓpter formã manus: ⁊ forma man⁹ q̃ ẽ cõposita ex illis nõ ẽ iuenta nisi ꝑꝑ actiones ⁊ passiões quib⁹ ipsa appropriatur. s. ꝙ man⁹ nõ posset extẽdi nec contrahi nec colligere: nec facere alias suas operatiões nisi ꝓpter hoc ꝙ ẽ cõposita. ¶ Et q̃uis mẽbra consimilia nõ sint iuenta nisi ꝓpter cõposita: tñ habẽt quolibet eoꝝ operationẽ ꝓpriã q̃ manifestat plus in cõposito. s. ꝙ man⁹ nõ hẽret firmitudinẽ ad sustẽtandũ res nisi ꝓpter ossa: ⁊ nõ haberet posse plicare se nisi ꝓpter carnez ⁊ propter neruos ⁊ alia similia. Ergo postq̃ dixim⁹ ꝙ mẽbra cõsimilia nõ sunt iuenta nisi ꝓpter cõposita: tñ necesse ẽ nobis videre si hic ẽ aliq̃ res ꝓpter quã sit inuẽtuz cõpositũ ⁊ collectũ ex eo cũ qua cõpleat operatio cõpositi. ¶ Et dicim⁹ ꝙ actiones ⁊ passiones naturales mẽbroꝝ nõ fiunt nisi propter calorẽ inatũ in ipsis p̃ter calorẽ cõplexionalẽ qui ẽ mẽbris cõsimilib⁹. Et hoc ẽ demostratũ per sñiam demõstratiuã. Et cognitũ per experiẽtiã anotomie ꝙ. s. inuenit in corde vnde corp⁹ vaporosuz calidũ in fine ꝙ mittit ab eo ad oĩa mẽbra per viam arteriaꝝ: ⁊ ita opinat ꝙ sint in cerebro. ¶ Et postq̃ sic

est cõiunctũ huic ꝙ oẽs actões ⁊ passiões nõ fiũt nisi
per calorẽ itrinsecũ sicut ẽ declaratũ in naturali phia
⁊ declarabit adhuc in isto libro. Ergo mẽbra nõ fa-
ciũt suas operatões nisi cũ formis eoꝝ cõpositiona-
libus: ⁊ cũ eo ꝙ accidit eis de isto calore ⁊ cõiunctuz
in mẽbro de istis duob⁹ caloribus supradictis istud
est sua forma cuz qua agit ⁊ patit. ¶ Et ab hinc po-
tes cognoscere dñationẽ cordis super oia alia mẽbra
q: tu vides ꝙ ipsuz sufficiẽs ẽ ex se: ⁊ alia indigẽt eo.
Et super cerebrũ ẽ i hũc modũ sup mẽbra in quib⁹
dominat. Ergo mẽbra simplicia nõ fuerũt inuẽta ni
si ꝓpter cõposita: ⁊ cõposita sunt inuẽta per istũ calo
rẽ qui ẽ missus a corde: ⁊ iste calor stat in eis loco for
me et per istã collectionẽ fiunt actiones et passioẽs
que sunt ꝓprie in quolz mẽbro ¶ Sed si sufficit iste
calor in faciẽdo hoc: aut sine hoc ẽ alia virtus stans
isti calori loco forme. ista nõ ẽ res quã medicus ha-
beat inquirer sed dimissa nobis. ¶ Et dicem⁹ bre-
uiter ꝙ hic sunt alie virtutes ꝑter formas cõplexio-
nales que vocãt aie. Et istud ẽ cõueniẽs anticipare
in paucis verbis anteꝗ̃ tractem⁹ de actionib⁹ et pas
sionib⁹ cuiuslz mẽbroꝝ et narrare quot sunt ille spe-
cies. et postea reuertamur ad inquirendũ rẽ cui ap-
ꝓpriat qḋlibet mẽbroꝝ. et istud erit qñ cognouim⁹
in primis virtutes a quibus veniũt operatiões. Et
scias ꝙ genera operationũ sunt notiora quo ad nos
quã virtutes. et virtutes apud naturaz notiores. et
ideo dicimus ꝙ phici et medici quando speculant
in operationibus dicũt ꝙ virtutes que sunt in hoie
sunt res. aut virtus naturalis: aut vitalis: aut aialis.
Uirtutes naturales apud eos sũt cũ quibus fit nutri
mẽtũ augmẽtũ ⁊ generatio. ¶ Et virtutes vitales apḋ
eos sunt: virtutes pulsatiles que sunt in corde et ha
bent dilatare et cõstringere inspirando et respirãdo:
et virtus motiua que ẽ in corde que vocat electiua
per quẽ mouet aial ad appetendũ rẽ vel fugiẽdũ ab
ea. ¶ Et virtutes aiales apud eos sunt. v. virtutes
sensuũ. s. tact⁹ et gustus: et odoratus: et audit⁹: et vi
sus: et virtus motiua in loco. et virtus ymaginati-
ua et extimatiua et cogitatiua et cõseruatiua et remi
niscibilis ⁊ ista ẽ qua vsi sunt medici in diuidẽdo vir
tutes aie. ⁊ quãuis nõ sit cõueniens paꝝ nõ põt noce
re in hac arte. Sed cõueniẽs oio est illa que fit fz mo
tũ naturalẽ. Ideo ꝙ manifestũ est ꝙ iste operatões
nõ possunt appropriari qualitatib⁹ solũ sed in virtu
tib⁹ additis sup eas que vocant aie. Et postꝗ̃ inue
stigati sunt super istas operatões que vocant aie. di
cunt ꝙ quedã operatiões que appropriant plante q̃
habet tres virtutes supradictas. s. nutritiuaz. ⁊ post
illã crescitiuã. ⁊ ista est finis nutritiue: ⁊ post illã gene-
ratiuã. ⁊ ista est quasi finis crescitiue. Et est declara-
tũ ibi ꝙ ipse sunt aie iõ q: sunt organice: ⁊ q: non sunt
virtutes naturales ꝙ si ipsi nõ appellauerũt eas na-
turales nisi largo modo istud esset veritas si ipsi cre
derẽt ꝙ ipsa esset aia ſm relationẽ aut ſcḋz operatõez
Sed si ipsi credunt ꝙ ipsa in sui essentia sit virtus
ꝓpria solũ istud est error: ⁊ significat sup opinionẽ ꝙ
ita est q: nos videm⁹ ꝙ. G. in vno suoꝝ libroꝝ assi
mulat ipsaz adamanti ⁊ venit ad diuidẽdum eam.
Sed virtus pulsatiua ẽ de necessitate cibatia virt⁹
⁊ diuisiua ⁊ princeps q: cũ ipsa cor dat calores alijs
membris: ⁊ ẽ sicut seruiẽs virtuti pricipali cibatiue
q: cũ ipsa cõseruat. Et ideo nõ est cõueniens ponere
illaz vnã virtutem per se ab alijs virtutib⁹: ideo q:
est ista virt⁹ aie nutritiue: sicut alie virtutes. v. sue
virtutes: sicut attractiua: retentiua: ⁊ digestiua: et
expulsatiua: ⁊ discretiua: quamuis virtus pulsatilis
approprie t plus vite ꝓpter multũ calorẽ qui ẽ cũ ea
Et quidã sũt q appellãt plantã i ista virtute habere. s.
ymagiaz vegetatiuã. Et forsitã medici ñ vocauerũt
i stã virtutẽ euẽtationis vitalẽ nisi ꝓpter hoc ꝙ ap-
propriat plus vite quãuis sit de gener nutritiue sicut
dicim⁹. ¶ Sed eoꝝ diuisio ꝑ quã diuidũt virtutes
aiales ad sensuz ⁊ ad virtutẽ motiuã in loco ⁊ yma-
ginatiuã ⁊ rationalẽ ⁊ cõseruatiuã ⁊ remissibilẽ ẽ oio
vera: saluo ꝙ virtus motiua in loco nõ est aliud pul-
sele nosoia. s. virtus motiua voluntarie qñ cõcordat
cũ ea ymaginatõ ⁊ ꝯsimiliũ: ⁊ ita est declaratũ i libro
de aia. Et ipsi numerãt virtutem motiuã volunta-
rie in numero vitaliũ. Et ponũt motiuã in loco aliã
speciẽ ⁊ istud nõ ẽ cõueniẽs q: nõ est nisi virtus nutri
tiua ⁊ crescitiua: ⁊ sensitiua ⁊ generatiua: ⁊ ymagina
tiua ⁊ appetitiua: ⁊ rationalis: ⁊ motiua ⁊ lactatiua
ex istis sicut est extimatio: aut cogitatiua ⁊ cõseruati-
ua: ⁊ reminiscibilis. ¶ Et iã est hic declaratũ vel di
ctũ ꝙ virt⁹ rationalis ẽ magis spiritualis quã yma
ginatiua: q: ꝑfectio virtutis rationalis ẽ apprehen-
sio reruz vniuersaliũ sicut põt itelligi a pho in tertia
particula prime summe physicoꝝ: ⁊ in primo poste-
rioꝝ quãuis itelligat cõtrariũ circa finẽ primi libri
physicoꝝ. Et qui habebit necesse soluere ista dubia
requirat in locis illis. Et q: res vniuersales q̃ sunt
apprehensiones virtutis rationalis habẽt pericula:
necesse ẽ inuenire in hoie virtutẽ q̃ apprehendat essen
tiã illoꝝ particulariũ cõtentoꝝ sub vniuersalis: ⁊ vir
tutẽ aliã recordantẽ ista particula q̃ sunt cõprehensa
a virtute ꝓpria eoꝝ apprehẽsione. Et iõ q: ista vir-
tus apprehẽsiua ꝑticulariũ nõ apprehẽdit ea nisi ha
bitudinibus ymaginatis fuerũt de necessitate tres
virtutes. s. extimatiua q̃ apprehendit essentiã parti
culariũ: ⁊ remiscibilis ipressionis extimate. Et yma
ginatia a qua apprehẽdit extimatã suã ꝑsionẽ sicut
seruiẽtes virtuti rationali: ideo q: seruiẽs preparat
seruitor ea q̃ sũt sibi necessaria: aut studet aliq̃ rerũ ap
propriatarũ seruitio. ¶ Et manifestũ ẽ ꝙ virt⁹ yma
ginatiua properat virtuti rationali ea q̃ non sunt ap
prehẽsa: sicut ẽ manifestũ ꝙ due apprehẽsiões. s. exti
matia ⁊ cõseruatia ap ꝓpriãt apphẽsiõi v̄tutis ratio
nalis ⁊ qñ remouent res vles a virtute rationali: et
virtus reminiscibilis facit recordari essentie parti-
cularis ⁊ cognoscit illã virtus extimatia: ⁊ tũc inuenit
virtus ymaginatiua habitudinẽ illi⁹ essentie particu
laris q̃ ẽ recordata a reminiscibili ⁊ cognita ab yma
ginatia. Et qñ ymaginatiua iã veit sup suã habitudi
nẽ: tũc virt⁹ rationalis reducet ad se illud qḋ erat pri
uatũ ab ea: ergo iste tres virtutes ex hac parte sunt
ministrãtes virtuti rationali: ⁊ ministrãs est lactãs
ecce q: sunt lactantes ex hac parte sicut dictum est.
¶ Et ista verba sunt dicenda hic ſcḋz ꝙ stant ⁊ recu
peranda a naturali: quãuis nõ sit necessariũ arti me-
dicoꝝ scire hoc nisi per modũ electõis melioramẽti
Sed est sufficiẽs medico in istis reb⁹ cognoscere cõ
plexionẽ q̃ appropriat vnicuiq; istarum virtutum
cõseruando ipsaz si esset presens. Et restaurandum
si esset deperdita: ideo q: sufficiens est venire in co
gnitione forme cõpulsionalis ad formã spiritualem
sic est sufficiẽs ei venire a cognitione mea ad cogni-
tionẽ q̃ttuor humorũ menbrorum.

¶ Capitulũ de iuuamẽtis menbrorum.

Sed cũ quieuit res sup locũ suũ positũ i hac
arte tũc erit manifestuz ꝙ oia mẽbra non
sunt inuenta nisi ꝓpter has virtutes. Et
iste virtutes ꝓpter has suas actiões: ergo
nõ ẽ iuentũ in corpore aliqḋ mẽbroꝝ nisi propter ali
quã actionẽ istaꝝ virtutũ aut passionũ earũ. Ideo ẽ
nobis necessariũ inquirere actiões ⁊ passiones mẽ-
broꝝ: ⁊ cõplexionẽ cui appropriat: ⁊ cognoscentes
illud cognoscim⁹ sanitatẽ cuiuslz mẽbri per suas fina
les causas predictas in hac arte: ideo q: iã cognoui
mus eã per causã materialẽ ⁊ formalẽ Sz causã effi.

nō ē necesse nobis h narrare: iō qꝛ iā ē sepata saluo si
ibi esset res q̄ staret loco effi. i statu cōseruantē. ¶ Et
incipiemꝰ a iuuamēto mēbroꝝ simpliciū: ⁊ dicemꝰ
ꝙ res quā diximus q̄ est necessaria per aliā ē duobꝰ
modis: vnus est vt sit essentia prime necessarie essē
tie vltime: sicut fuit intētio essentie ꝯsimiliū necessa
ria propter intentionē essentie officialiū. ¶ Alius ē
vt nō sit ex necessitate: sed ē qꝛ meliora sunt duo quā
vnū significat nobilitatē in agēte ⁊ paciēte sicut ocu-
lus qui nō est iuentus nisi ꝓpter necessitatē videndi
sed natura duplauit eos ꝓpter melioramentuz du-
plationis sicut nos declarare debemꝰ. ¶ Sed nos
ñ recordabimur istorū iuuamētorum nisi illiꝰ ꝙ erit
magna necessariū. ¶ De mēbris simplicibus sicut
sūt ossa ⁊ similia ipsius: sic̄ cartilagies ⁊ vngues: que
dā sunt nerui lacertij ligamēta: pāniculi: corde: cere
brū: ⁊ ossa sua: ⁊ nucha: ⁊ caro: ⁊ sepuz. ⁊ hijs similia
⁊ pili. ⁊ cutis: ⁊ sanguis: ⁊ flegma: ⁊ colera: ⁊ melāco
nia. ⁊ spiritus. ¶ Sed ossiū maiꝰ iuuamentū ipsoꝝ
est ad fortificandū ⁊ stabiliendū. ⁊ in sūma ipsa sinit.
sicut fundamentū totiꝰ corporis. Et iuuamentū ſm
est ad deferendū et abscondendū sicut ossa capitis ⁊
ossa pectoris. Sed multitudo eoꝝ i corpore fuit pro
pter motus particulares ⁊ multos. qꝛ manus nō pos
set moueri per se nisi esset discontinuata ab osse bra
chij cū ꝯtiguitate āboꝝ ossiū. s. manꝰ ⁊ brachij. ⁊ ita
est in quolꝫ mēbrorū nodatilū mobiliū discōtinuato
rū. Juuamentū tertiū ē vt possit fieri resolutio super
fluitatū vaporosarū sicut sūt ꝯmissure q̄ sunt i osse ca
substantia loco:⁊ dispositione nā qđdā ē albū spissū ⁊ coctū ⁊ stat in ꝓfūdo vasis:⁊ ipsiꝰ partes sunt equales vt figurā habeant pineataʒ.⁊ istud ē naturale qđ dicit̄ i arabico: ⁊ dicit̄ atenoꝝ.⁊ quoddā furfuri assimulatur:⁊ quoddā est sanguineū coagulatū:⁊ quoddā assimulat̄ pilis:⁊ quoddā arenulis ⁊ quoddā assimulat̄ partibꝰ ferramenti:⁊ quoddā assimulat̄ ferri squamis. Et hec oīa sunt preter naturaʒ sicut color. rubeꝰ.niger.⁊ obscurꝰ.sunt ꝓpter naturā. ⁊ quoddā est in parte superiori:⁊ quoddā in media ⁊ in infima Et quoddā est naturale cuiꝰ totū est equale in oibus ptibꝰ suis.⁊ etiā a q̄ partes grosse a subtilibꝰ diuidūt̄

¶ Capitulū de coloribus vrine.

Et postq̄ breuiter dicta sunt signa q̄ ab vrina sumunt̄ deinceps dicemꝰ eoꝝ significata et incipiemꝰ a colore. Et dicimꝰ ꝙ vniuersalit̄ colores cū eoꝝ gradibꝰ significāt admixtionē colere cū vrina. Sʒ eoꝝ naturalis color ē citrinꝰ ⁊ alij qui sūt a colā oēs excessuʒ caloris significāt:tn̄ ſʒ ꝙ ꝓpinquiores sunt igneo colori sicut color colere vitelline qui assimulat̄ colori vitelli ouoꝝ de die natoꝝ quaʒ dicit. G.colorē oībus speciebꝰ colere precesse. ¶ Sʒ colores rubei vl̄r significāt dn̄iuʒ sanguinis ⁊ virtutis debilitatē:⁊ maxime illa que declinat ad rubedinē sup quā ē nigredo sicut signat illa que declinat ad igneitatē plus sup colerā. Et dicit̄ ꝙ aliq̄ in febribus accutis fundūt sanguinē per vrinā q̄uis in eis nō sit vena fracta: ⁊ hoc significat periculosaʒ crisiʒ:aut dominiū sanguīs quantitatū. Et nigra vrina significat vstionē ⁊ sup dn̄iuʒ frigiditatis:ꝙ est q2 calor vel frigus hec duo faciūt. Sed ꝙ a caliditate ꝓuenit habʒ signa perābula caliditatē significātia. Sed ꝙ a frigiditate ꝓueīt viriditas aut fusitas p̄cedit ⁊ vl̄r alij colores frigiditatē significātes. Et aliqn̄ fit vrina manifesta ꝓpter admixtionē coler̄ nigre ꝓpter expulsionē colere nigre q̄ a natura fit sic̄ i spleneticis fit.⁊ ois viriditas significat frigiditatē excepta illa q̄ ʒiʒania nominat̄ ⁊ porrina:nā ille fortē adustionē significāt.et nō ē dubiū quin fisticina ⁊ indica seu celestis significēt sup caloreʒ:q2 videmꝰ vrinas colericoꝝ mixtas viriditati cū citrinitate.⁊ q2 nigreditas ē principiuʒ nigredinis ob hoc esse q̄ faciūt nigredinē eedē sunt cū causis q̄ viriditatē operant̄:excepto q2 in viriditate sūt debiliores. Et vrina alba ⁊ clara sicut aqua significat digestionis defectū ⁊ virtutis nutritiue debilitatē aut opilationē aut vtrūq3. Et vrina que sperantí assimulat̄ significat humoꝝ flematicoꝝ frigidoꝝ crudoꝝ habundantiā. Et vt pl'in a popliā aut sil'em egritudinē significat:⁊ pueri hāc habēt vrinā qn̄ epilentici fiunt. Et possibile est vt hec vrina sit signū crisis in egritudinibꝰ fl'aticis.⁊ possibile ē vt sit color albus in egritudinibꝰ acutis. Sed ē vt plurimū perditionis signū:q2 significat ascēsuʒ colere.ru.ad superiores ptes ⁊ ibi facit apostema. Et aliqn̄ vrina erit rubea ⁊ egritudo erit frigida.⁊ accidit ꝓpter fortē dolorē vt in colica:aut ꝓpter opilationē viarū que currūt a felle ad itestina:q2 tūc est necesse vt ille humor exeat per vrinā ⁊ alie cause assignant̄ sed iste sufficiant. Sed colores cōpositi sicut lotura carnis significat debilitatē virtutis epatis aut renū. Et vrina ol'o assimilat̄ solū in dolore ossiū febrē significat.eo ꝙ pinguedinē liquefieri in mēbris significat excepto ꝙ hac nigredo nō p̄cedat ꝙ si hoc esset casuʒ virtutis significaret:⁊ quidā dicūt ꝙ hec vrina in acutis febribus apparet:⁊ ſm illos membrū pinguiuʒ signum est creticum:sed hec accidit raro.

¶ De signis vrine ex substantia eius.

Subtilis vrina defectū digestionis significat eo ꝙ digestio necessario materiaʒ ingrossare debet:⁊ defectꝰ digestionis fit ꝓpter humoꝝ cruditatē:aut ꝓpter defectū virtutū: aut ꝓpter cibi ⁊ multitudinē potꝰ. Et ex rebꝰ multū adiuuantibus subtilitatem vrine est viaꝝ opilatio:⁊ ꝓpterea vrine calculosoꝝ subtiles sunt.⁊ si post subtilitatē apparet grossa substantia signū est ꝙ natura incipit digerere. Sed si ab ipso principio apparuit grossa ⁊ in eadem grossicie māserit significat multā humoꝝ ebullitionē a calore extraneo factam:⁊ propter hoc est maluʒ signuʒ. Sed vrina grossa q̄ post subtiliatur ⁊ iteꝝ ingrossatur q̄uis hec opere natura procedat pigritiaʒ nature significat post incepti operis principiū. Et si grossicies propter motū humoꝝ fuerit hoc ē bonuʒ signū ꝙ est quia significat ꝙ natura digerere incepit Et quidam hec reprehendere volentes dixerunt ꝙ non sunt aliqua signa tenenda in vrina nisi ex opere nature interioris:sed si ab aere extrinseco fuerint tenenda non erunt. Sed isti ignorant ꝙ aer non operatur in vrina res diuersas nisi ꝓpter preparationē quā ab interiori natura cepit. Et vrina que in principio egritudinis a parte nature apparet grossa ⁊ postea subtiliat̄ longitudinē egritudinis significat. Etiam ūictū est ꝙ puerorū vrina naturaliter est grossa ⁊ iuuenum subtilis.

¶ De significationibus ypostasis.

Ypostasis sanitatē denūtiās debet esse in fundo ⁊ esse alba leuis ⁊ equalis ⁊ forma pineata in fundo eo ꝙ ē supfluitas tertie digestōis Et de natura supfluitatū ē vt sint graues alba q2 mēbra nō nutriunt̄ ex sanguine nisi postq̄ ē dealbatꝰ et eis assilatꝰ:⁊ ꝓpterea ē color supfluitatꝫ sicut color nutrimēti qn̄ virtꝰ nutritiua sequit̄ suū cursuʒ naturalē: leuis ⁊ eq̄lis pp digestōis tēpieʒ:⁊ q2 hec tēperies eq̄lis ē in oibꝰ suis ptibꝰ dʒ esse pineata ꝓpterea ꝙ hec figura ꝓportiōis eq̄litatē oiuʒ suarū ptiū in leuitate ⁊ ⁊ grauitate ondit:⁊ q2 actio caloris i hac forma dn̄atur:⁊ etiā corpa grauia extēdunt̄ ⁊ dilatant̄:ſʒ leuia i seipsis aggregant̄ ⁊ petūt ad sensuʒ quousq3 acuant̄ sicut accidit flāme ignis. Sʒ significatio q̄ a loco sumit̄ ē hec vʒ q2 illud ꝙ stat i pte supiori ꝙ nebula appellatur significat principiū apitiōis digestionis dūmodo sit alba. Et pp hoc dicit.y.si vrina nubē albā q̄rta die fecerit crisim in.vij.indicabit. Sed q̄ stat i medio significat digestōis cremētū.⁊ q̄ ē i fundo perfectā digestionē significat absolute:dūmō i hoc perseueret coueni entibꝰ diebꝰ. Sʒ si mō appet:mō vo nō:significat nature debilitatē ⁊ illiꝰ ipedimentum. Et est sciendū ꝙ aliqn̄ i natura appet ypostasis alba qn̄ materia ē flematica nō cocta.⁊ h differt a naturali eo ꝙ ipsiꝰ ptes sūt diuerse. Sʒ color citrinꝰ ypostasis significat citrine colere dn̄iū ꝙ virtutē ipedit digestiuā:⁊ ob hoc signū ē malū. Sʒ rubea solo significat materiā multā ⁊ pigritiā nature q̄ ipsaʒ ꝓpter sui multitudinē pmutare nō pōt pp hoc hec ypostasis lōgitudinē egritudinis significat. Sed est salubris nisi malū aliqđ appuerit signū. ꝙ si apparuerit significat morteʒ longo tēpore ꝓcedentē. ꝙ est q2 hoc malum signū adiunctū significat ꝙ hec materie multitudo virtutibus in fine dominabitur.⁊ ipsas vltimo prosternet.⁊ si eidem bonū signū copulabitur contrariū significabit. Sed malum ꝙ hec ypostasis significat nō est nisi ex parte quātitatis:ob hoc pro maiori parte est signum salutis. ¶ Sed color niger in febribus acutis est vstionis signum propter hoc mortem significat. ¶ Sed differentia que est in hanc ypostasim ⁊ humorem nigrum quem pellit natura per viā crisis est ꝙ hec ypostasis est in vasis fundo. Sʒ humor expulsus in vrina est dispersus:⁊ propter hoc diuersitas loci diuersam ponit intentionem hoc est qn̄ ypostasis nigra est suspēsa minꝰ est mala ypostasi in fundo decūbēte.ꝙ ē q2 significat alicuiꝰ digestōis

principium quãuis sit mala: et minoris est grauitatis Sed que est in fundo malam digestionem complete significat. Et quando ypostasis est obscura frigiditatem nature vel caloris naturalis extinctionem significat. Et ypostasis albaginaria multitudinem motus humorum et defectum digestionis significat Sed corpora ypostasium que extra naturã multarum manerierum sunt: quia quedam que tritico fracto assimilantur: et quedam que orobo assimilantur: et significant hee membrorum liquefactionem: aut humorum vstionem: et propterea in egritudinibus acutis sunt male: et si habuerint colorem rubeũ humorẽ sanguineum vstum significat: aut partium epatis aut lumborum significant vstionem Et dicitur quod citrinus in lumbis magis sit proprius. Sed laminosum est pessimũ: quod est quia membrorum radicaliũ liquefactiões et incisionem significat. Sed furfureũ aliquando fit propter scabiẽ vesice: et aliquando fit propter liquefactionem membrorum: et quod differre facit illud quod ex scabie vesice: aut ab alio: est quod in ipso pruritus in partibus virge sentitur. Et vniuersaliter quãdo hec accidentia passioni vesice adiunguntur. ¶ Et arenosum significat aut lapidem coagulatũ: aut incipientem coagulari. Et si fuerit rubeũ lapidem in renibus significat: et si fuerit album lapidem in vesica demonstrat. ¶ Et saniosum apostematis rupturam significat in vrine membris locati. ¶ Et sedimen habens pilos similes capillis humiditatem crassam in renibus a calore extraneo generatam significat. Et sanguineũ coagulatum apertionem vene aut apostema in vrine vijs significat. Et quod dictum est ad presens de significatis vrine sufficiens est quantum ad nostram opinionem.

¶ De signis egritudinũ cuiuslibet mẽbri.

Deinceps nos dicemus de signis cuiuslibet egritudinis in mẽbris manifestis et ocultis. Et secundum quod dictum est quedam egritudinũ sunt in membris extrinsecis: et sunt manifeste per se: et significatio in istis nõ est necessaria nisi in causis. Sed egritudines que sunt in partibus intrinsecis tribus modis significatione indigent: vnus est ex parte membri patientis. Secundus est significatio qualitatis egritudinis: tertius est significatio egritudinis cause. Et incipiemus a significationibus egritudinũ extrinsecarum. Et dicemus quod iam dictum est quod egritudines complexionales habent duas species vnã materialem et non materialem. Et hee due species aut toti corpori cõmunicat aut parti. et quando materialis egritudo est in vno membro. aut fixa est in vijs eius aut in eius essentia. sicut apostemata et vlceratiões Et significatio illius que est in vijs est de genere significationũ intrinsecarum egritudinũ. Sed apostemata intus et extra fieri possunt. Sed egritudinum officialium quedam fiunt in partibus extrinsecis corporis. sicut dislocatio et et dissolutio que fiunt manifeste sensui. et quedã fiunt in partibus intrinsecis corporis. sicut opilatio. leuitas et asperitas membrorum

¶ De signis fe. et primo de effimera.

Et incipiemus a mala complexione vniuersaliter totum corpus ambiente que febris nuncupatur et incipiemus a febre diei. Et dicimus quod ipsam semper precedit aliqua ex extrinsecis causis efficientibus. excepto quod hec in ipsa nõ est ex signis proprijs. quod est quia cum fe. diei ipsa hoc inuenietur. Sed non conuertitur. vt semper talibus causis stantibus necessarium febris adsit. Et propterea instandum est vt signa propria cognoscamus et etiam cõmunia ad certitudinem fortificandam adducamus. et etiam quia valent ad contrarium remouendum. ¶ Et huius febris signa propria sunt duo. vnum est quod pulsus in hac febre varius non est quod est quia varietas non fit in putredinis febris nisi propter humorum multitudinem aut maliciam. Sed est quod vrina suum naturalem sedimen nõ mutat. et quia in hac fe. vrina non mutat nisi colorem. et ypostasis nõ egreditur absolute. nisi propter humorum putredinem. Et ob hoc necesse est vt in hac febre ypostasis a suo loco non mutetur. et ex significationibus aliquando erit vt in hac accidentia fortia non sit. et est lenti caloris non inflamantis et vt plurimũ semel accidit vel forte ter aduenire potest. et dicitur quod quando patiẽs itrat balneũ et oxipilationẽ nõ sentit quod tũc ẽ effimera. ¶ Et hec sufficiũt significatiões in febre diei.

¶ De signis febrium putridarum.

Et dicimus de putridis: harũ febrium vniuersaliter due sunt species. vna in omnibus venis fit: et alia fit in humoribus digestionis membrorum. ¶ Et differentia que est in hijs duabus speciebus talis existit. quod est quia febris que fit ex materia existẽte intra venas: interpolationem non habet neque typum. quãuis paroxismus aliquando plus fortificetur alijs diei temporibus. Sed febres quarum materia est extra venas habent interpolationem circuitus et typos. ¶ Et causa propter quã habent circuitus est quia humor qui putrefieri debet non putrefit simul et semel. quod est quia in eo preparatio putrefactionis non est compulta. ¶ Sed paulatiue in putrefactione procedit. et hic sequitur modus ordinationis. quod est quia hec operatio secundum aliquẽ modũ est naturalis. quod est quia natura in hoc regimẽ habet eo quod est putrefactio cum digestione. et propterea varietas ordinationis in circuitibus signum est malum. et non est hec operatio attribuenda calori putredinali semper sed calori naturali. eo quod in materia non naturali operatur sicut in multis vijs nature reperitur. Et rationes. G. quibus conatur attribuere ordinem circuitum substantialiter calori putredinali hic infringuntur. et nostras radices nõ sequunt que super phiam et methaphisicã inscribuntur et qui illas nõ intelligit hoc non confitebitur. ¶ Et propterea mea sententia penitus est quod natura istos circuitus cum calore intrinseco operat quãuis superuenerit huic calori aliquid preter naturam in quantitate aut qualitate: in eo quod est agens in materia nõ naturali. vel in humore egritudinem facientem. ¶ Et accidens quod cum humore aduenit est simile in hoc accedenti quod ei aduenit cum cibo. quod est quia incõtinenti sumpto cibo infirmatur. ¶ Et non est inter hec duo differẽtia nisi quod accidens quod aduenit propter cibum est naturale. quia cibus est naturalis. sed quod aduenit cum humore est preter naturam: quia calor cũ materie primo obuiat sepelitur. et postmodum assumit victoriam super ipsam: et augmentando ad suum reuertitur esse quando ipsius digestio fuerit perfecta. ¶ Et iam bene exposuimus in tractatu quem fecimus super libro de febribus. G. Et ille ordinatiões circuituum diuersificantur secundum naturam humorum et quãtitatis facientis febrẽ secundum quod infra dicemus. ¶ Et causa quare febres que sunt intra venas interpolationẽ nõ habẽt: est quia quãdo in partẽ humoris putridi calor accenditur nõ potest ipsum natura dissoluere. donec alia pericula accendat. et hoc propter solidationẽ vasorũ cõtingit. et propter eandẽ causam etiã typus nõ fit et etiã quia illud quod dissoluit a mẽbris sensibilibus nõ sentit. Sed putrefactio que in humore fit qui extra venas est huic contraria existit propter euaporationẽ que per porositatem membrorum fit: et propterea sunt in istis circuitibus typi propter sparsionẽ humoris pungitiui super mẽbra sensibilia aut humoris vẽtosi propterea quia typus magis appropriandus est humori mobili vẽtoso quã fixo

Et signa propria febriũ putridarũ sũt tria: vnũ est ꝙ vrina in principio ypostasim non habet propterea quia calor est impeditus propter humoris digestionem aliud est quia pulsus est varius ⁊ diuersus. Itẽ alia sunt signa istarum febriũ a signis significantib⁹ duas species repletionis: hoc est scdm vasa ⁊ scdꝫ virtutẽ. Ista sunt ꝑpria signa vniuersalitatis febriũ putridarum.

De febre cole.

Ed signa propria vnicuiqꝫ fe. sunt hec Scias ꝙ signa fe. que fit ab humore extra vasa et in febre colerica sunt thypus fortis põgitiu⁹ Et pulsus in principio istius fe. est paruus rarus et debilis: ⁊ hoc est ꝑpter humorem qui calorẽ obruit naturalez ⁊ propterea refrigeratur corpus in principio porismorum ex eo ꝙ calor naturalis ab humore opprimitur putrido. Et quando calor extraneus generatus in humore putrido calori naturali admiscetur ⁊ tunc crescit ⁊ per totũ corpus augmentatur: ⁊ propter hoc pulsus in eodem statu non permanet sꝫ propter caloris crementũ crescit ⁊ fortificatur. Et vrina in hac fe. pro maiori parte est ignea: ⁊ patiens penitus affligitur siti: ⁊ aliquãdo hijs iungitur amaritudo oris. Et dicitur ꝙ quãdo hec fe: dicitur pura ꝙ ipsius paroxismi ad plus vsqꝫ ad duodecim horas prolongantur: ⁊ circuitus huius febris est tertianus: sed tamẽ non conuertitur quia non est necessariũ ꝙ oẽs febres que habẽt circuitũ hũc sint de colera. Sꝫ possibile est vt sint due quartane aut due quĩtane: ⁊ hoc non accidit nisi in principio egritudinũ. Ista sunt signa propria huius fe. ⁊ aliquando significatiões iste rebus cõibus fortificantur: hoc est qr cõplo: aer: etas ⁊ aliud regimẽ huic humori cõperantur. Et aer cum hoc humore comperationem habet modis duob⁹ vnũ est scdꝫ suuꝫ tẽpus naturale: vt est estas q̃ est calida ⁊ sicca: alius est quando egreditur suũ cursuꝫ naturalem ad caliditatem ⁊ siccitatẽ: cuius tẽpus per sui natura debeat esse frigidum. Sed febres que porismos non habent istis cõmunicãt exceptis circuitibus ⁊ thypo. Et in hoc genere ingreditur febris que causon nuncupatur cuius materia intra venas est: ⁊ maxime circa os stamachi: ⁊ epar posita ẽ: propterea in hac fe. non est rigor: ⁊ aliquãdo in ea est rigor. Et sitis fortis huius fe. propriũ signum est. Et peior specierum causonis est illa que fit a colera zizania aut prassina. Et illius peroxismus lõgus est propter inobedientiam humoris illius ad digestionem recipiendam.

De signis febris flematice.

a Ccidentia magis propria huius febris sunt quia in principio extrema infirmantur: ⁊ est temporis frior longum: sed paulatim inualescit. Et quando incipit calor apparere redit frigus: ⁊ fortificabitur super eum. Et tempus paroxismi isti⁹ fe. is. occupat horas: ⁊ calor istius febris nõ est mordicatiuus nec furiosus: ⁊ propterea primit⁹ tactui non manifestatur. Et huius febris pulsus rarior ⁊ minor est cursu pulsu febris tertiane in quolibet. 4. suoruꝫ temporum. Et vrina in hac febre est subtilis ⁊ alba aut spissa ⁊ obscura ⁊ si calor putredinalis est fortis ⁊ flema purum non est: tunc possibile est vt vrina sit rubea ⁊ palpebre patientis tumide erunt. Et in pluribus horum patientium os stomachi est frigidum: ⁊ si vomitus eueniet flematicum euoment. Et aduentus ipsi⁹ paroxismi oĩ die signum proprium nõ est qr due tertiane hunc eundem faciunt paroxismũ. Paroxismus longus est propter ipsius humoris tarditatem. ⁊ paroxismi ipsius plus continuatur quam colere paroxismi: quia ille humor putrefactioni magis est apparatus. Et adhuc propter longitudinez peroxismi aduenit humori nõ corrupto preparatio putrefactionis propter longam moram caloris extranei in corpore diu permanẽtis. ⁊ hoc propterea accidit quia calor febris huius est temperatus: ⁊ subiectum habet humiditatis. Sed in fe. colerica quia calor extraneus cum ea accensus cito transit non est temp⁹ preparans ad putredinem in parte non putrefacta ⁊ vniuersaliter in hac febre calor extrinsecus est valde sepultus: hec enim est causa ad plus continuandos in hac febre paroxismos. Et deterior harum febriũ est illa que ex flemate fit vitreo. Et similiter etiam cognoscetur hec febris: aere: etate: ⁊ consuetudine: quia hec operationem habent cum humore hanc faciente febrem.

De signis febris quartane.

h Ec incipit cum frigore graui: ita ꝙ tunc accidit patienti stridor dentium. Et patiens tũc sentit membrorum confractionem ⁊ hec fit propter frigiditatem ipsius humoris ⁊ grauitatem Et pulsus isti⁹ febris est tardus: rarus: ⁊ paruus: tardus plusqꝫ fit in flematica: hoc dico in principio paroxismi ⁊ dicitur ꝙ in augmento maior est quam in flematica: quia calor in hac febre manifestatur fortior existit. Et colores vrine in hac fe. variãtur: naꝫ aliquando est alba ⁊ subtilis ad viriditatem declinans: ⁊ aliquando nigra ⁊ grossa ad rubedinem declinans: ⁊ vt plus hec febris alias sequitur febres. Et tempus huius febris est longum: ⁊ tempus reuolutionis ipsius est dimittens duos dies: ⁊ inualescit tertium. Et quartane circuitus est quasi sicut proprium signũ in hac febre propterea quia non inuenitur talis circuitus in aliqua alia fe. simplici vel composita. Et maior pars hanc patientium sunt splenetici Et fortificatur significatio in hac a rebus cõmunib⁹ scdm ꝙ in alijs dictum est: vt ab aere ⁊ ab etatibus: ⁊ a complexione: ⁊ a signis significantibus dominiũ istorum humorum.

De signis fe. que in arabico nominatur michabecha.

h Ec febris typũ non habet: eo ꝙ sanguis eam faciens est in venis: excepto si fieret propter apostema nominatum flon. ꝙ in aliquo mẽbrorum principaliuꝫ esset generatum. sicut in epate ⁊ etiam diafragmate. quia tunc in hac fe. essent paroxismi tertiã similes cole paroxismis. quia sanguis quando supercalescit ad naturam declinat colere. ⁊ propterea in hac fe. non est differentia inter fe. colericam que habet materiam inter venas ⁊ istam nisi in magis ⁊ minus: quia nõ potest in corpore fieri febris de colera pura solum quia talis febris de necessitate mortifera esset: ꝙ est quia colera non est apta recipere aliquam digestionem nisi in hoc ꝙ cuꝫ sanguine est admixta: aut cum materia qua nutriuntur membra radicalia: hoc est sanguis dealbatus. Et signa que significant hanc febrem sunt signa dominium sanguinis significantia: ⁊ iam nos narrauim⁹ ipsa. Et pulsus hanc patientis est in vltimo magnitudinis ⁊ fortitudinis. Urina est rubea ⁊ grossa ⁊ suspiria: ⁊ inquietudines proprie in hac egritudine ⁊ in colerica. Excepto ꝙ in egritudine illa fortiora existunt. Et alienatio mentis propria est in febribus acutis. Et verba. G. varia sũt in hac febre. quia aliquando dicit ꝙ est colerica continua. ⁊ aliquando dicit ꝙ est aliud a colera: ⁊ ꝙ non debent attribui colerice nisi quia non habet putrefactionem perfectam qr natura isti⁹ febris ẽ mediã inter febrez diei ⁊ febrẽ putridã. ⁊ sententiã meã tu iam nouisti: ⁊ febris ista

non habet nisi vnū paroxismū. ꝛ in illo aūt soluitur
aut occidit Et aliquando incipit lenta ꝛ semꝑ ad vl
timum fortitudinis crescit. ꝛ aliquando est contra-
riuꝫ ꝛ aliquando in vno permanet statu. ꝛ causa hu
ius paroxismi multotiēs dicta est. ¶ Ista sunt signa
cognitionis febriū simpliciū. ꝛ qui simplices cogno
uerit compositas cognoscere poterit. ꝛ ista exempla
nō fuerunt data nisi per moduꝫ similitudinis quia
raro inueniuntur. Et adhuc quia maior pars acci-
dentiū que in hijs febrib⁹ tibi narraui nō verifican
tur nisi in febribus que sunt de materia humorum
naturalibus propinquorū. Uerbi gratia qꝛ paroxis-
mus febris colerice maior. 12. occupat horas. qñ co
lera naturalis est putrefacta. Sed quādo vitellina
aut zizania putrescit tūc lōgior erit paroxismus. ꝛ ac
cidentia erunt pessima. ꝛ pauci euadunt ꝛ maxime
ex zizania. eo ꝙ aptitudineꝫ digestionis non habet
ꝙ est quia quandocūqꝫ humor a deo cōtrarius est vt
cōplexio corporis nō possit agere digerendo suꝑ eū
tunc febris deteriorem exitū habet et quandocunqꝫ
potentie propinquior est. tūc febris salubrior est. Et
scias ꝙ cōpositio febris est a causa locali. aut a causa
materiali. Item cause materiales tres habent mo-
dos. vnus est quādo duo miscentur humores ꝛ tunc
materia febris fit inter illos duos humores simpli-
ces qui singulas possunt facere febres. ꝛ etiā accidē
tia tunc ex hys mixta erunt. ¶ Itē alius mod⁹ est vt
vna sit putrida: ꝛ alia sit ethica. terti⁹ ē vt vn⁹ mod⁹
faciens febrē sit cum apostemate ꝛ alius sine. ¶ Et
aliquando cōponunt̄ due febres ꝛ miscentur earum
paroxismi absqꝫ eo quod materie misceantur: ꝛ hoc
propter causas locales accidit sicut possibile esset vt
vna esset intra venas: ꝛ alia esset extra: ꝛ in hoc ge-
nere locatur fe. emitriteus nuncupat̄. ¶ Et aliquā-
do humores febrem facientes erunt vicini sed non
mixti. Et possibile est etiaꝫ vt omnes iste species ad
inuicē cōponant̄. ¶ Et etiā potest vnus modus com
positionis dici vt scd̄m magnitudinē ꝛ paruitatē: et
scd̄m fortitudinē ꝛ debilitatē: hoc est vt causarū effi
cientiū vna sit fortis alia debilis.

¶ De signis febris ethice. Rubrica.

Ec febris tres habet species scd̄ꝫ ꝙ ab alijs
dicitur: ꝛ accidentia in hac scd̄ꝫ maius ꝛ mi
nus diuersantur. ꝛ accidentia eius oculta sūt
in principio ꝛ quandocūqꝫ videbis corpus cū calo-
re continuo lento vltra dies tres vel duos: quando
nemo in corpore incipit manifestari: tunc vni lente
continue assimulatur. Et si patiens eam quasi nō sen
tit: nec habet putridarū febrium significationeꝫ opi
nandum ipsam esse ethicā. Item post horas quinqꝫ
ab assumptione cibi eius patientis pulsum conside
rare debes: ꝛ caloris quantitatē: ꝛ si caloreꝫ inuene-
ris augmentatū: ꝛ pulsum velocem: aut in aliqua di
mentione magnificatum: tunc istam febreꝫ ethicam
iudicabis: ꝙ est quia membra malā complexionem
acquirunt calidam: ꝛ de natura nutribilis est sibi nu
triens assimilare necesse est vt cibus corpori adue-
niens calorem extraneum debeat adipisci: quam-
uis cibus ille frigidus sit aut non: ꝛ propterea tunc
febris fortificatur: ꝛ accidentia augmentantur ꝙ in
putridis non cōuenit: propterea quia calor extrane-
us in illis non est fixus in membris que in cibū age
re debent. Et cause que ab alijs medicis dantur ac
cidentales sunt sicut tabule causatoruꝫ: quia dicunt
ꝙ cibus in talibus patientibus corporibus est scd̄m
similitudinē aque super calcem proiecte: quia impos
sibile est vt virtus nutribilis a nutriente tantum sit
elongata vt ipsum eidem sit contrariū. Sicut aqua
calci reperitur enim quod vnūquodqꝫ istorum alte
ruꝫ corrumpit. ¶ Et raro hec febris accidit nisi post
alias febres sicut post aliquā ex febribus putridis.
Et quādo fortificat̄ h febris marcescit corp⁹ īfirmi ꝛ
siccatur pellis eius: ꝛ deformatur facies: ꝛ profundā
tur oculi. Et cum venerit ad vltimū gradum ethice
videbis oculos eius quasi aspersos cinere sicut vi-
detur in oculis eoꝝ qui tangunt puluerem ꝛ contra-
buntur palpebre inferius sicut accidit patiēti subet
ꝛ pellis frontis est tensa ꝛ sicca quasi coriū preparatū
ꝛ timpora habet tensa: auricule ꝛ palpebre citrini
fiunt coloris. Et pellis mirach ventris fit sicca ꝛ ru-
gosa. ꝛ pulsus eius est tensus sicut corda velox ꝛ de-
bilis ꝛ vrina est oleagina. Alia vero signa istius fe
bris manifesta sunt ꝛ in libris ꝑicatoꝝ plene enar-
rata. vnde non est necessarium ea reiterare.

¶ De signis apostematum.

Einceps volumus loqui de signis aposte-
matum. Et dicimus ꝙ signa apostematum
sanguineoꝝ sunt rubedo coloris cum forti ca
lore. ꝛ rubore. ꝛ dolore magno. saluo ꝙ membrum
non sit insensibile. ꝛ cum hoc extensionem habeat.
ꝛ hec sanguinea apostemata diuersificantur ꝺm ma
ius ꝛ min⁹. ¶ Et scias ꝙ in apostematibus istis san
guis mundus est a putredine. sed quādo putrescit ge
neratur pustula. ꝛ signum istius apostematis est quo
niā est maioris inflamationis valde flegmone. ꝛ in
hijs apostematibus febris est fixa. ꝛ in hoc genere
sunt apostemata que fiunt in subacellis ꝛ inguinib⁹.

De signis apostematum colericorum.

T signa colericorum apostamatum sunt co-
loris citrinitas ꝛ humoruꝫ subtilitas ꝛ dolor
fortissimus sine extensiōe ꝛ formica deambulatiua
huius generis est.

De signis apostematum flematicorum.

T signa flematici apostematis sunt coloris
albedo cum priuatione doloris etiā si cōpri-
muntur: ꝛ vniuersaliter ista apostemata sunt
apparentia ꝛ oculis descripta: ꝛ simplicia sunt Et in
cognitione non indiges forti perscrutatione: compo
sita tñ indigent fortiori: ꝛ per comparationeꝫ illoruꝫ
simplicium accidentium cognoscentur.

¶ De signis apostematum melicoꝝ.

Ed apostemata melancolica cum flemati-
cis cōmunicant in doloris priuatione: saluo
ꝙ in tactu duriora: ꝛ in colore obscura: ꝛ can
cri etiam in hoc genere existent: ꝛ sic denominatur
eo cancroꝝ pedib⁹ assimulatur: eo quia vene que
eos circundant sanguine nigro replete sunt. ¶ Ista
sunt signa apostematum que in partibus exteriorib⁹
corporis apparent. Sed de hijs que intrancis par-
tibus corporis sunt: dicam cum egritudines mem-
brorum interiorum enarrabo. ¶ Egritudines ve-
ro que in superficie cutis apparent sunt sicut vario-
le: ꝛ morbili: scabies: lepra: ꝛ morpha: ꝛ similes hys
ꝛ quedam ipsarum signa habent pronostica anteqꝫ
fiant. ꝙ est quia signum pronosticum lepre est rauce-
do vocis: ꝛ grossicies eius: ꝛ hanelitus strictura: et
rubedo faciei: aliquādo ob obscuritatē tendentis cū
faciei inflatione: ꝛ albedinis oculorum obscuritate
ꝛ rotunditas etiam oculorum signum est maximuꝫ
denotās lepram. ¶ Sed variolarum signa prono-
stica: sunt fe. continentia ꝛ faciei inflatio: ꝛ timporū
ꝛ grossicies venarum cum rubedine ꝛ nasi prurit⁹:
ꝛ gule ac colli grossicies: ꝛ hec egritudo solum semel
aduenit patienti. ¶ Et scias ꝙ omnis pustula que in
superficie corporis fit cum febre est signum expertuꝫ
ꝙ ex genere egritudinum pestilentialium manant
ꝛ maxime que ex melico fiunt humore: ꝛ tunc ape-
riuntur aduenit eis escara similis ignis cōbustioni.

¶ Capitulum de crisi.

ET quia febres ⁊ vniuersaliter acute egritudi
nes nõ sanant̃ nisi ꝓpter crisim. deiceps nar
randa sunt signa crisiȝ laudabilem ⁊ inlauda
bilẽ significantia. Et dicim⁹ ꝙ crisis cognitio quinqꝫ
rebus habet̃. Una est cognitio siue discretio egritu-
dinũ q̃ crisi sanant̃ ab his que sine crisi sanãt̃. Secũ
da est cognitio signoꝝ significantiũ quattuor egritu-
dinũ tẽpora: q2 nõ ĩ quolibȝ istorũ tẽpoꝝ fit crisis lau
dabilis. Tertia cognitio speciei euacuatiõis illi⁹ rei
que egritudinẽ facit: ꝙ est q2 res que euacuãt̃ quan-
do egritudini sunt incõuenientes tũc sunt inlaudabi
les. Quarta res ẽ ꝓprie in essentia crisis aut in ipsi⁹
pronosticatiõe. Quita est cognitio dierũ in quib⁹ cri-
sis fit laudabilis aut inlaudabilis. ¶ Et post hoc eue
niat cõmemoratio bonorũ ⁊ malorũ signorũ in egri-
tudine qualibet que cõsumit̃ per crisim vel sine crisi
⁊ signorũ bonorũ significantiũ sup liberationẽ. ¶ Et
dicim⁹ ꝙ descriptiões egritudinũ que crisi terminã
tur ab illis que sine crisi terminant̃ sunt hec que fini
unt̃ dissolutione oculta aut manifesta: ⁊ habent̃ a lõ-
gitudine egritudinis aut ipsi⁹ breuitate: ꝙ est q2 cri-
ses nõ fiunt manifeste nisi in egritudinib⁹ que breui
tẽpore finiunt̃. ¶ Et longitudo egritudinis aut bre-
uitas a natura egritudinis essentie cognoscit̃: ⁊ simi-
liter a rebus extrinsecis que illis similes aut dissimi-
les iudicant̃: sicut aer clima: dieta: ⁊ exercitiũ: ⁊ simi
liter cõplexio: ⁊ etas. ¶ Et aliquãdo breuitatẽ ⁊ lon-
gitudinẽ egritudinis a natura mẽbri pacientis sicut
apostemata que i mẽbris principalib⁹ generant̃. Et
multociens ab accidentib⁹ cognoscim⁹: ꝙ est q2 que
dã accidentia breuitatẽ ⁊ quedã longitudinẽ signifi-
cant. ¶ Iteȝ maior pars accidentiũ que in supfluita
tibus corporũ apparẽt ex signis digestionis ⁊ priua-
tionis eiusdẽ similimodo significat sup egritudinuȝ
tẽpora in longitudine ⁊ breuitate: ⁊ nõ soluȝ ex parte
qualitatis verũ etiã quãtitatis: ita ꝙ qñ erunt multa
citã ↄsumptioneȝ egritudinũ significabunt ⁊ qñ erũt
pauca contrariũ denotabũt. Et egritudines que na-
turaliter sunt breues sũt colerice aut sanguinee: siue
cũ apostemate mẽbrorũ principaliũ sit aut nõ. ꝙ est
quia tertiana pura terminũ quatuordecim dierũ nõ
excedit. ⁊ aliqñ per spacium septimane vnius con-
sumitur ⁊ si fuerit inter venas acutior erit. Et scdm
istum modũ est in sanguinis febre: eo ꝙ ẽ in vltimo
acuitatis. ¶ Et scias ꝙ antiqui nõ dixerũt ista nisi in
egritudinibus acutis que terminant̃ i quatuordeciȝ
diebus vel citra: ⁊ hoc nõ inuenit̃ nisi in istis duob⁹
generib⁹ febriũ. ⁊ in apostematib⁹ sanguineis ⁊ co-
lericis. Sed flematicarũ febriũ tẽpus est longũ: ⁊ di
gestionis signa in eis ante tres septimanas nõ appa
rent. ⁊ aliquãdo ad spatiũ pluriũ mẽsium extendunt̃
Et que ex cõpositione ex flegmate ⁊ colera sunt: iter
has medie existunt. Et melancolice spacio septem
mensiũ extendunt̃. ⁊ quãdo res extrinsece egritudi-
ni proportionantur eidem. vt cõplexio etas ⁊ regi-
mẽ. ⁊ hee sunt cause longitudinis ⁊ breuitatis egritu
dinis. ¶ Et adhuc sunt egritudines habentes pro-
prietatẽ ex sui natura longitudis ⁊ breuitatis. verbi
gratia vt iuuenis habens colericã febrẽ ex pura cole
ra ⁊ in regione calida. ⁊ cum regimine calido. ⁊ cõ-
plexiõe calida. dico ꝙ hec egritudo finietur omnino
ante septimũ diem. Et econtrario in sene habente
febrem ex melancolia ⁊ in yeme ⁊ regione frigida ⁊
melancolice complexionis. ⁊ erguinen ei simile di-
co ꝙ hec febris non eradicabitur vsqꝫ ad sex men-
ses. Et quando non conueniunt hec cum egritudine
erit longitudo ⁊ breuitas scdm proportionẽ multi-
tudinis ⁊ paucitatis ab eadẽ. ¶ Sed accidentia si-
gnificantia breuitateȝ egritudinis sunt fortitudo ca
loris ⁊ pulsus velocitas. ⁊ vniuersaliter omnis fortis
egritudinis motus a forti prouenit calore. ⁊ caloris
corporis subita permutatio ad citrinitatẽ subito ad
maciem. Sed accidentia significantia super longi-
tudinem sunt hijs contraria. ⁊ mediocria significãt
mediocritatem inter longitudinẽ ⁊ breuitatẽ. Sed
signa significãtia super quattuor egritudinũ tempo-
ra que ꝑueniũt ad crisim aut nõ: hec sunt. Scias ꝙ
signa principij egritudinis sunt quando accidentia
secundũ vnum modum inueniuntur ⁊ non fortia.
verbigratia tempora afflictionum tunc erunt equa
lia quẽadmodum tempora quietis talia erunt: ⁊ de
huius temporis proprietate est vt nullũ dictionis si
gnuȝ in vrina ostendatur vel in sputo nisi egritudo
prauior efficiatur. Et signum augmenti est quando
egritudinis accidentia accrescunt: ⁊ tunc tẽpus affli
ctionis prolongatur et tempus quietis breuiatur.
Sed anticipatio proximi augmentum egritudinis
non significat si cuȝ hoc longitudo temporis aut for
titudo non adiungeretur ꝙ est quia quando antici-
patio proxima a fortitudie ⁊ velocitate egritudinis
causatur. tunc necessario sequitur lõgitudo proximi
⁊ fortitudo. Sed quando causa anticipationis est di
gestionis aptitudo ⁊ humorũ subtilatio: tunc proxi-
mus non erit: ergo anticipatio sola augmẽti signum
nõ est. Et istud ꝙ augmento pprium existit est digesti-
onis manifestatio. hoc est vt nebula suspensa in me-
dio vrine videat̃ aut in supficie sui. Et signa status
sunt qñ similia pricipij significãs scdm tẽpus: q̃uis
scdm patientis vires diuersificent̃: ⁊ tunc in digerẽ
do cõplet suã actionẽ: nam ⁊ in vrina cõpleta dige-
stio reperitur. ¶ Et scias ꝙ nõ est necessarium vt in
hoc tẽpore accidentia fortia sint. ⁊ si quesieris que
sit causa quare tempore status natura debilitata di
gestionẽ ostendat: ⁊ in tempore principij virtus for
tis digestionẽ ocultet. ⁊ hijs contrariũ sequi debet
quia fortitudo nature debȝ opponi inobediẽtie ma
terie. Respondemus quia est semper vna compo-
sitio temporis inter agens ⁊ patiens: ⁊ sicut forma
efficiens proprium ⁊ ordinatum tempus habet sibi
ad agendũ: similiter materia habet sibi propriuȝ et
determinatum tempus ad patiendum: ⁊ quamuis
forme veraciter tempus non attribuatur: sed ma-
terie: tamen hoc est dictum in formis abstractis: ve
rumetiam in formis relatiuis: hoc potest dici quod
dictum est. ¶ Et declinationis temporis signa sunt
quando accidentia alleuiantur: ⁊ natura egritudini
dominatur. ⁊ paroxisim ab inuicem elongantur et
breuiores efficiũtur. Et sic anticipatõ sola paroxisiȝ
non est signum augmenti. sicut postpositio sola non
est signum declinatiõis. ꝙ est quia postpositio a pau
citate materie fieri potest ⁊ a nature debilitate.

¶ De speciebus crisis.

ET species euõnum que in crisi fiunt secũduȝ
hunc modum sunt videlicet per fluxuȝ ven-
tris. per vomituȝ: sudorem: vrina: ⁊ sangui-
nis per nares fluxum. ⁊ fluxum emoroydarum et in
mulieribus per mẽstrua. ⁊ aliquando crisis sicut per
apã tamen illa crisis laudabilis non est nisi fiant apẽ
mata in ignobilibus membris: ⁊ alias non fit per
pustulas iuncturarum. Et vnaquaqꝫ species istarũ
euõnum in aliqua egritudine ꝓpria est vt plus
⁊ maxime quando crisis laudabilis est. Crisis fe-
brium collericarum per vomitum aut fluxum ven
tris aut sudorem per vrinam fit. Et sanguinearum
per modum alicuius exitus sanguinis fiet. ⁊ etiam
aliquando a cõmunicatione quem membrum pa-
tiens cum alio habet iuuat̃ euacuatio. Sicut apo-
stema cerebri creticat pluries p fluxũ sanguis nariũ

quā per emoroydarū fluxū. ⁊ ꝙ i gibbositate epatis per vrinā. ⁊ ꝙ in cōcauitate est per fluxū ventris terminaꝫ. Saluo ꝙ egritudo sanguinea non sit. aut per emoroydas aut per mēstrua si sanguinea sit. Sꝫ crises que sunt per apostemata aut per pustulas vt plurimū in egritudinibꝰ longis fiunt: q̄ quidā mortifere crises in fine sunt ꝑpter apostemata que in mēbris principalibꝰ fiunt. ⁊ propterea ꝑcipit. y. in aliquibus istarū egritudinū euacuationē in principijs fieri sed nō digestionē expectare

De diebus creticis.

Et dies manifesti laudabilis crisis: sunt dies qui a principio egritudinis per quaternariā numeranꝫ cōputationē. horꝫ primꝰ est quartꝰ ⁊ scd̄us est. vijꝰ. eo ꝙ. iiij. hic vtriqꝫ cōmunicat. ⁊ pꝰ hūc. xiꝰ. ñ ꝯmunicās ⁊ pꝰ hūc. xiiijꝰ. ⁊ pꝰ hūc xvijꝰ cōmunicans ē ⁊ post hūc. xxꝰ. cōmunicat ⁊ pꝰ hos xxiiijꝰ. xxvijꝰ. xxxj.ꝰ. xxxiiijꝰ. xxxvijꝰ. ⁊. xxxxꝰ. ⁊ vltra. xxxx. sūt egritudies cronice. ⁊ quasi nō vltra apparēt crises manifeste ⁊ aliqñ viginti fiunt per quaternariū. ⁊ hoc fit quia fiunt in quartis. ⁊ in quartis antecedentibꝰ indicanꝫ sicut crisis que fit in septimo que indicaꝫ in quarto bono signo in quarto appariente sicut nebula alba suspensa. ⁊ vndecimꝰ quartūdecimū indicat. ⁊ decimusquartꝰ decimūseptimū indicat. ⁊ decimusseptimꝰ vigesimū idicat. sꝫ post vigesimū nō fit indicatio nisi per septimanas. ⁊ isti dies omnes pro maiori parte laudabiles sunt ⁊ i eis maior pars crisiuꝫ fit. Sed sunt alij. qui bonitate istis propinqui existunt. ⁊ similiter laudabiles existūt qui nō certificant ꝑpter longos circuitꝰ sicut. tertiꝰ quartus ⁊ nonꝰ: ⁊ decimustertiꝰ ⁊ decimusnonꝰ ⁊ vigesimusprimꝰ. omnes enim hij dies nullā habent vim indicationis crisis. sed nonꝰ pro maiori pte indicat vndecimū. ¶ Sed dies quibꝰ plurimū fit mala crisis est sicut sextꝰ ⁊ hic est peior omnibꝰ ⁊ vt plurimū in eo fit mala crisis. Sꝫ quātus hic est significatiuus hoc est quādo malū apparet signū sicut est nebula nigra. ⁊ post illū i malitia existit. xijꝰ. ⁊ post hūc. viijꝰ. ⁊ post hunc. xꝰ. ⁊ post hūc. xvꝰ. ⁊ post hūc. xviꝰ. ⁊ post hūc. xviijꝰ. sed raro in. xij. fit crisis. ¶ Et debes scire ꝙ iste crises a principio egritudinis cōputanꝫ: ⁊ ē quando male in operationibus lesio apparet. excepto in pariēte. quia ab ipso partu incipere debemꝰ quāuis egritudo post partuꝫ per tres dies sensibiliꝫ extitisset: ⁊ breuiter hee regule dicta. y. sequnꝫ. Et cecidit diuisio iter antiquos in hijs diebus in malicia ⁊ bonitate. Sed isti dies approbati sunt a duobꝰ viris qui ꝑores in hac arte extiterūt: ⁊ sūt. y. ⁊. G. ⁊ creditur ꝙ veritatē dicāt ꝑpter experientiā coruꝫ multā: ⁊ causa eoꝝ per plurimos dicta est. Et qd̄ nobis videtur ex hoc declaratū est a nobis super accusaꝫ auic. quā cōmentati fuimus. Et scias ꝙ dies isti quāuis verificenꝫ in crisi veritatē nō habēt: sed virtutē habēt scd̄m plus: q: Rasys dicit ꝙ expertꝰ fuit in infirmaria relenson in pluribꝰ decēmilia hominū Et in multis ipsoꝝ verificati sunt isti dies laudati: ⁊ in multis virtutē liberationis dies reprobati habuerūt: ⁊ similiter egit si malicia gaune ꝑ parte probaui: ⁊ auenzoar gloriosus vt Rasis ē testificatꝰ: cui in hac scientia debet cōcedi corona qui vixit. 135. annis. ⁊ in. 140. annis in hac arte operari cepit. ⁊ in bono obijt statu ⁊ in habitu scientie vidit quāta videre ⁊ cognoscere potuit. ergo sui libri credendi sunt ⁊ ipsius testimonia. Et res quas iam scire possumus: q: crisis est propinqua seu velocitas motꝰ egritudinis ⁊ furiositas ipsiꝰ Et signa que in vrina apparent ⁊ in sputo: ⁊ pulsus fortitudo ⁊ egritudinis natura: ⁊ contrariū harū rerum tarditatē crisiꝫ significat: quēadmodū si mediocre extiterit mediocritatē significat

De signis significantibus presentē crisim.

Et signa presentē crisiꝫ significantia sunt accidētia fortia que precedūt sicut oripilatio fortis: ⁊ oxitatio fortis: iquietudo: ⁊ alienatio: ⁊ doloris capitis fortitudo: oculorū ⁊ faciei rubedo: et hanelitꝰ strictura ⁊ tremor cordis ⁊ pulsus ⁊ colli dolor ⁊ ventris: ⁊ labij inferioris motus ⁊ mordicatio oris stomachi ⁊ tremoris typus. ⁊ vrine cōstrictio. ⁊ stercoris. ⁊ fortis sitis ⁊ hijs similia. Et hec signa si in nocte apparent significāt crisim in matutinis futurā: ⁊ si in die appareant in nocte ꝓxima crisim significāt. Et species crisis cognoscunꝫ propter humorem aut ſm partē ad quā mouebitur humor. quēadmodū labij citatio significat vomituꝫ. ⁊ rubedo faciei ⁊ nasi pruritus sanguinis fluxū significat. Adhuc species crisis ab indicationis specie cognoscetur. q: species crisis speciei indicatiōis simulabiꝫ ⁊ cognoscetur vtrū per sanguinis fluxū aut per vomituꝫ aut per sudoreꝫ. aut per similia hijs. ergo quinqꝫ bona crisis cognosciꝫ causis. vna est vt in statu egritudinis fiat. Item post digestionē bonā. ⁊ humor qui euacuatur similis sit huiusmōi egritudinē faciēti. ⁊ i die laudabili fiat. ⁊ vt sit bonis diebꝰ indicata.

De signis pronosticationis.

Postq̄ locuti sumus de crisibus bonis ⁊ malis: ⁊ de rebꝰ que pro maiori parte significāt in acutis egritudinibus saluteꝫ vel mortem. Deinceps loquimur de alijs signis pronosticis: ⁊ incipiemus a signis pronosticantibꝰ saluteꝫ. Et ista signa sunt signa que ab operationibꝰ sumunꝫ: ⁊ ab accidentibus que ab operationibꝰ ꝓueniunt. Et aliqñ hec signa sumunꝫ ab egritudinibꝰ que alias egritudines sequunꝫ. Pronosticationes que ab accidentibꝰ sumūtur sunt sicut quādo facieꝫ infirmi propiqua est sanorū faciebus. ⁊ maxime faciei siue sibi sano existēti: eo ꝙ sanoꝝ facies diuersantur multuꝫ: ⁊ si ita sit signū est salutis: quādo calor equalis est in toto corpore signū est salutis. Et retentio intestinoꝝ absqꝫ apostematibꝰ. Et venter mediocris iter grassiciē ⁊ macieꝫ: ⁊ suꝑfluitates ab eo manentes calorē naturaleꝫ substantiā habentes significat salutē. ⁊ ꝙ in partibꝰ ventris non sit apostema: ⁊ ꝙ bene se cōtineāt virtutes nutritiue velut stercꝰ: vt sit equale inter grossiciē ⁊ subtilitatē: ⁊ vt sit coloris aurei: q: tūc est signuꝫ salutis iliꝰ egritudīs eo qd̄ stercꝰ significat suꝑ bonitatē istiꝰ virtutis. Et si vrina sit citrina: ⁊ ypostasim in fundo habēs albā ⁊ ꝯtinuā aut suspensaꝫ signū est salutis: ⁊ maxime quando sedet in fundo. quoniā talis vrina significat salutē ⁊ febriū. ⁊ in apatibus intrꝫ secis. Sputū albū mediū inter grossuꝫ ⁊ subtile malo carens odore: ⁊ ꝙ facile expuiꝫ in pleuresi ⁊ in peripleumonia salutis signū. Sudor in acutis febribꝰ in die cretico in calore tēperatus: in toto equaliter existens corpore albi coloris malo carens odore salutē significat. Fluxus sanguinis nariū in febribus sanguineis in apostamate cerebri ⁊ intestinoꝝ in die cretico salutem significat. Et signa que ab operationibꝰ sumunꝫ sunt in egritudinibꝰ acutis: bonitas ratiōis ſm sensum claritas: bonitas decubitus: ⁊ motꝰ: hanelitus tēperatus nō rarus: nec spissus: nec interpolatus: ⁊ pulsus fortis ⁊ paucā habēs ꝑmutationeꝫ et bonus appetitus: sunt signa salutis: quia bonitatem omniū virtutū significant. Et signa salutis que ab egritudine sumunꝫ superuenienti sunt vt supueiēs sit contraria cāis antecedentis: aut vt ipsa moueat causam egritudinis preambule ad parteꝫ diuersaꝫ Exemplū prime est febris spasmo repulsionis supueniens: propterea quia causa faciens febrē: vel ipsa febris cause facienti spasmū resistit. Similiter supueniens dolori ventris: ⁊ stomachi: aut epatis: aut

ſplenis a ventoſo a frigida cõplexione generato. Ex
empla mẽbri ſcdi multa in antiquoꝝ libris inueniũt
⁊ dixerunt qñ ſuperuenerit cauſoni in die cretico ri
goꝛ: eſt tũc ſignũ declinationis illiꝰ febris: eo ꝙ natu
ra expellit ipſũ humorẽ a partibꝰ intrinſecis ad ex-
triſecas partes. Et quãdo ſupueniunt varices poda
gricis ⁊ artericis ⁊ egritudinibꝰ renũ vt freueticis
tunc liberãtur. Et qñ emoꝛoide melãcolicis ſupue-
ueniũt ſũt cã liberatõis. ⁊ qui ſubtiliter has res ꝑſcru
taẗ a ſe ipſo ex hijs multa inueniet. Et aliqñ accidit
vt vna egritudo alteri ſupueniat ⁊ primã alleuiabit
puta ꝗ̃uis perfectã euõnem nõ faciat. ⁊ hoc fiet quã
do cauſa egritudinis ſcðe erit aut ex genere cauſaꝝ
prime excepto vt ſit minoꝛ ⁊ debilioꝛ. exẽpluꝫ huius
eſt quod dicit. y. acetoſa in diſinteria eructuatio lau
dabilis eſt:

De ſignis pronoſticis malis.

Et poſtꝗ̃ locuti ſumꝰ de ſignis ſalubribꝰ volu
musꝰ loqui de ſignis malis. Iſta ſigna in ꝓno-
ſticatõe hñt gradꝰ ſꝫ plus ⁊ minꝰ. Et ſumunẗ
ab operatõibus ⁊ ab accidẽtibꝰ que ab ipſis operati
onibus veniũt: ⁊ aliquãdo ſumũtur ab egritudie pre-
cedẽti. Ea que ſumũtur ab accidẽtibꝰ ſũt hec vt faci
es quã dixit. y. ſignificãs moꝛtẽ. i. qꝛ naſus eſt acutus
oculi cõcaui: ⁊ aures depẽdẽtes: ⁊ cutis faciei tẽſa: et
coloꝛ faciei viridis: vel obſcurꝰ: ⁊ oculi quaſi cineri
cij: hec ꝑditionẽ ꝓnoſticanẗ. eo ꝙ iſta accidũt in egri
tudinibꝰ acutis. quoniã ſpgitur ⁊ ꝑditur caloꝛ natura
lis ab egritudine: ⁊ foꝛtificaẗ ꝯtrariũ ipſiuſ: hoc eſt ca
loꝛ extraneus: ⁊ generaliter hec ſunt ſigna in egritudi
nibus acutis a foꝛtitudine egritudinis. Et aliquãdo
accidunt hec ſigna in egritudinibus cronicis vt in
ethica: ⁊ etiã poſt multã euacuationeꝫ a fluxu vẽtris:
vel a vigilia imoderata: ꝙ eſt quia diſſolutus eſt ca-
loꝛ naturalis ⁊ hũiditas: ⁊ caloꝛ extraneus eſt foꝛtifi-
catus excepto vt nõ precesſerit vẽtris imoderatꝰ aut
imoderantia vigilia qꝛ tũc in tali leuiꝰ ſignũ eẽt. Et
qñ albũ oculi rubeuꝫ fuerit: ⁊ ipſiꝰ vene obſcure aut
nigre fuerint ſignũ moꝛtis eſt ꝓculdubio: ⁊ maxie in
egritudinibus acutis ꝙ eſt quia nigredo extinctionẽ
naturalis caloris ſignat. ⁊ albirubedo repletionẽ ce-
rebri ex hũoꝛibꝰ inflatis ſignificat. ¶ Eminẽtia ocu
li in egritudinibus acutis malum eſt niſi foꝛet proptẽ
oculi obtalmiã: aut propter vomitũ. Quando ſuper-
ciliũ. aut labiũ: aut naſus coloꝛẽ luteũ habẽt obſcuruꝫ
moꝛtẽ proximã ſignat. Frigiditas extremitatũ in acu
tis ſignũ malũ eſt valde: eo ꝙ ſuffocationẽ caloꝛis na
turalis in partibus extrinſecis propter apoſtema ſi
gnat aut ꝑpter hũoꝛum frigidoꝛum habundantiam
⁊ propꝛiũ ſignum eſt extinctionis caloꝛis naturalis
eodeꝫ modo quando habens fe. coꝛpus intrinſecuſ
fuerit calidum ⁊ extrinſecus frigidum: moꝛteꝫ ſigni
ficat: eo ꝙ apã calidũ denũciat in interioꝛibus eſſe ⁊
ideo caloꝛ extrinſecus vertitur intus. Et vniuerſaliẗ
quãdo caloꝛ equalis nõ eſt in toto coꝛpoꝛe malũ eſt:
ꝙ eſt qꝛ ſignat in mẽbris principalibus apoſtema ſi
cut in cerebꝛo: ſtomaco: ⁊ epẽ. Quãdo ligua puſtula
botoꝛaliã habet cũ extremitatũ frigiditatẽ moꝛs pro
xima eſt: ꝙ eſt qꝛ ſignat in cerebꝛo aut in vẽtre calidũ
apã ⁊ malũ. Si digiti ⁊ vngues ad obſcuritatẽ ſunt
decliues ⁊ ad viriditatẽ ſtante pulſu debili moꝛs vi-
cina eſt. Et ſi nigrido ſit cũ foꝛtitudine pulſus in die
cretico ſalutẽ ſignificat. Et ſimiliter quando ſanies i
illis locis fuerint aut apã ſalutem ſignat. Et quando
in carne primo appuerit puſtula rubea deiñ ad viridi
tatẽ vel nigreditatẽ conuertunẗ ſignũ eſt malũ quoni
am iaꝫ extinctionẽ caloꝛis innati videtur ſignificare
Et ſi iã in egritudibꝰ acutis appent i ſuperficie carnis
minute puſtule ad ſimilitudinẽ granoꝛũ milij ſignuꝫ
eſt malũ. qꝛ ſignũ eſt ꝙ materia paucã digeſtioneꝫ re
cipit. qꝫ dicit. y. ycterícia veniens ante. 7. diẽ in acu-
tis febꝛibus malũ eſt. reprobatũ eſt experiẽtia i oibꝰ
noſtris terris. ⁊ ſi veniat i quinto die laudabile mẗ-
tũ eſt viua ratione. ⁊ maxime in tẽpoꝛibus calidis ⁊
coꝛpoꝛibus calidis. Et hec eſt ſentẽtia collegioꝛũ me
dicoꝛũ omniũ pſaꝝ. ⁊ in die maioꝛis: ⁊ pro maioꝛi ꝑ
te illoꝛum de antaẗ. ⁊ poſſibile eſt ꝙ iſtud quod dixit
locuꝫ i grecia habuit. qꝛ trã illa hac frigidioꝛ exiſtit.
Et iſtud quod dixit. y. ꝙ erat ſignuꝫ maluꝫ. ẽ ideo qꝛ
hec ẽ vna ex rebꝰ ex q̃ ꝓueit criſis ⁊ ois criſis veniẽs
añ digeſtionẽ eſt malũ. ⁊ poſſibile eſt ꝙ vidit i terris
ſuis criſes venientes per yctericiam ante ſeptimum
eſſe malas ⁊ ſine digeſtione. Et ſignificatio que ſũẗ
a rebus exeuntibus a coꝛpoꝛe hec eſt. ſicut ſtercus ni
gruꝫ ⁊ viride ⁊ fetens. ⁊ cum pinguedine in febribꝰ
acutis qꝛ hec moꝛtẽ ſignificãt. ꝙ eſt qꝛ niger aduſtio-
nem pingue mẽbꝛoꝛũ liquefactionẽ. fetẽs coꝛruptiõ-
nem humoꝛũ ſignificat. Et in acutis ſtercus albũ ⁊ li
quiduꝫ malum eo quod ſignificat digeſtionis debili-
tatem, ⁊ qꝛ colera ad partes ſuperioꝛes aſcendit. ⁊ ſi-
militer eſt in vrinis in hac febꝛe. Item albũ ſtercus
futuram yctericiam ſignificat. Sꝫ ſtercus habẽs co
loꝛes varios longitudinẽ egritudinis hꝫ ſignificare ⁊
ſuper habũdantiã diuerſoꝝ humoꝛuꝫ. ⁊ ſi cã medici
ne fuerit ſalutẽ ꝓnunciat in qualꝫ egritudine, ⁊ ſi i ꝓn
cipio exierit colera nigra. ſiue ſuperius vel inferius
moꝛtem ſignat eo ꝙ cũ talis humoꝛ appuerit a prin
cipio egritudĩs ſignat aut ſuper habundantiã ipſius
humoꝛis aut ſuper debilitatẽ virtutis: aut vtrunqꝫ
Et diſſinteria ꝓueniens a melancõia aut acetoſitate
moꝛtem denuntiat. quando ſtercus coleꝛe pure aſſi
milatur malũ eſt cuꝫ appetitus defectu ſimiliter ca-
ſus appetitus cum ſanguinis fluxu maluꝫ.

De ſignis ꝓnoſticis malis ypoſtaſis vrine.

Nigra ypoſtaſis in acutis febꝛibus moꝛtem ſi
gnat. eodẽ modo vrina aquoſa ⁊ ſubtilis per
ſeuerans in pueris mala eſt. ꝙ eſt qꝛ eoꝛuꝫ na
turalis vrina dꝫ eſſe groſſa. Urina aquoſa in egritu
dinibus acutis moꝛtem denunciat. Et vrina turbi-
da que non clareſcit mala eſt. eo ꝙ ſignat ſupꝛa foꝛti-
tudinẽ extranei caloꝛis. Urina furfurea laminoſa in
acutis febꝛibus mala eſt ſi vicium renum aut veſice
non affuerit qꝛ membꝛoꝛum liquefactionẽ ſignat.
Et ſignum diſcretiuum inter vtrũqꝫ eſt renum: aut
veſice dolor, ⁊ vomitus niger ⁊ ſcreatus exiſtit malꝰ
⁊ ſi cuꝫ hoc fuerit fetẽs moꝛtem habet ſignificare.

De ſignis pronoſticis ſudoꝛis mali.

Sudoꝛ in die non cretico apparens ex quo fe-
bris alleuiationẽ non habet malum eſt. ⁊ ſi cũ
hoc eſt frigidus in ceruice ⁊ capite maluꝫ eſt
ſi in capite ſolo peioꝛ qꝛ longitudinem egritudinis ſi
gnificat in lenta: ⁊ in acuta ſignificat moꝛtem. San-
guis guttatim exiens de naribꝰ paucus ⁊ niger i cau
ſõe moꝛtem ſignificat. ꝙ eſt quia magnitudinem a-
poſtematis dicit eſſe in cerebꝛo. Hec ſunt ſigna ac-
cepta ab operatiõe. Quãdo oculi lumen effugiunt ⁊
in volũtarie lacrimauerit ſignũ malũ erit. ¶ Et ſi ve
loces fuerint ⁊ rubicundi: ⁊ vnus altero minoꝛ app-
uerit: ſignũ eſt moꝛtis Et rubedo oculoꝛuꝫ iteruꝫ ſuꝑ
ſpaſmum cerebꝛi habet ſignificare. Et eodeꝫ modo
quando labia extinguũtur. ⁊ quando infirmus a capi
te ad pedes ſe iactauerit moꝛtis eſt ſignum quoniaꝫ
intollerantiam virtutis denunciat. ⁊ vlr quandoqꝫ in
firmus non ſteterit ad modũ ſani ſignum eſt malum
⁊ ſimiliter quando vult ſedere ſaltãdo ſedet. ¶ Sed
eodem modo quando ſe habẽt capiẽdo ſeu ſubſtentã
do ſeu vbiqꝫ ſignum eſt moꝛtis. Et quando infirmus
non audit nec videt: cum debilitate virtutis ſignuꝫ
eſt moꝛtis proxime. ⁊ quando hanelitus interdũ foꝛ-

eque bene ꝯpetit medicine calide sicut medicine frigide. qꝛ res ꝯuertibiles qñ ꝯuertunt̃ in partes minimas facili⁹ ꝯuersionẽ recipiũt. Et quãuis medicina sit passibilis a corpore per viã quã dixim⁹. nõ est impossibile vt patiat̃ ab ea per aliũ modũ. Nã vides ꝙ cib⁹ est passibilis a corpore. ⁊ tñ inuenis cibũ qui mutat corpus scḋm aliquẽ modũ ⁊ scḋm aliquã latitudinẽ. ⁊ si hoc inuenit̃ in cibo qui ẽ appropriat⁹ passioni ⁊ tñ vicit aliquo modoꝝ. ergo hoc maxime deb3 inueniri in medicina que victorie appopriat̃ ⁊ mutatio. qꝛ veraciter debemus dicere ꝙ q̃uis aliqñ vincatur tñ nõ deserit ꝓpriã suã virtutẽ hoc est substantialẽ. Sicut dicit̃ ꝙ arbor egipti occidebat dũ erat in egipto. ⁊ qñ remota fuit ab inde nutriebat. ¶ Et dicit Ari. ꝙ in terra latinoꝝ sunt duo flumina ex quorũ vno si oues biberẽt generabũt masculos. ⁊ ex alio feminas. Et hoc nõ est nisi ꝓpterea ꝙ cibus ex vna parte est similis ⁊ ex alia dissimilis ⁊ ex parte similitudinis est patiẽs. ⁊ ex parte dissimilitudinis ẽ agẽs Et hic mod⁹ medicinaꝝ q̃ dicunt̃ calide aut frigide in potentia. hoc est propter preparationẽ quã habẽt qꝛ nõ est in aliquo cõpositoꝝ calor in actu nisi in animalibus ꝓpter eoꝝ perfectionẽ ⁊ indigẽt calore extrinseco magis. ⁊ ꝓpterea nõ inuenit̃ in eis tẽperantia elemẽtoꝝ sicut in animalibus. Sed res simplices q̃ nõ nutriũt sicut quattuor elemẽta nõ dant corpori qñ adueniunt ei intus vel extra nisi qualitatem ideo qñ obuiãt nr̃is corporib⁹ mouẽt corpa s3 nõ mouent̃ a nostris corporib⁹. ꝓpterea qꝛ q̃litates cu3 quibus operant̃ elemẽta in corporib⁹ sunt in actu sicut calor in igne ⁊ frigus in niue. Et qñ elemẽta mouẽt corpora ipsa nõ mouent̃. i. nõ cõuertunt̃. ¶ Et quãdo medici volunt de mensuris preparationũ narrare q̃ sunt in medicinis: qꝛ indigent hoc in meditatione: ordinauerũt gradus per modũ cõperationis corpori tẽperato: ⁊ posuerũt quaml3 qualitatẽ in quatuor gradib⁹. s. calidũ in p̃mo scḋo tertio ⁊ q̃rto ⁊ sic de frigido ⁊. hu. ⁊ humidũ nõ videt̃ ꝙ possit trãsire tertiũ gradũ. Et ꝙ pertrãsit quartũ gradũ est res venenosa que corrũpit corp⁹ ⁊ iste sunt vie primaꝝ actionũ ⁊ passionũ medicinaꝝ.

¶ Capitulũ de virtutib⁹ medicinarũ scḋis ⁊ tertijs.

Et nos volum⁹ incipere narrare de virtutibus scḋis ⁊ tertijs: ⁊ dicere naturas medicinarũ quib⁹ hoc operant̃ ⁊ qualr̃ operant̃. Et dicam⁹ ꝙ medicine qꝛ sunt cõposite ex elemẽtis qñ alterant̃ a corpore aut alterãt corp⁹: quedã eoꝝ sunt que assimilant̃ ei ꝙ ẽ in eis ex virtutib⁹ elemẽtoꝝ sicut sunt ille q̃ dãt caliditatẽ: frigiditatẽ: sic. ⁊ hu. similem in q̃litatib⁹ q̃ sunt in illis: ⁊ quedã actionũ ⁊ passionũ q̃ nõ assimilantur ei ꝙ est ex virtutib⁹ eloꝝ s3 sunt operatiões ꝯsequentes primas virtutes eloꝝ: ⁊ hoc ꝓpter locũ subiecti in quo operant̃: sicut ille que habent indurare: mollificare: denigrare: rubificare: ⁊ similia. ⁊ locus subiecti in quo manifestant̃ iste operationes circa q̃dcunq3 mẽbrũ si indeterminatũ fuerit appellabunt̃ iste virtutes scḋe. Et qñ operabunt̃ in proprium membrum tunc dicentur virtutes tertie sicut sunt medicine que ꝓuocant vrinã ⁊ que mundificant pulmonẽ ⁊ que generãt sperma ⁊ q̃ frangũt lapidem ⁊ similes istis. Et postq̃ dictũ est de virtutibus scḋis ⁊ tertijs dicendũ est de natura operationũ istaꝝ medicinarũ manifestioꝝ ⁊ incipiamus a scḋis. Et dicam⁹ ꝙ istaꝝ medicinarũ quedã sunt maturatiue. hoc est q̃ faciũt saniẽ. ⁊ quedã eaꝝ sunt mollificatiue quedã induratiue. ⁊ quedã aperitiue. ⁊ quedã opilatiue. ⁊ quedã euaporatiue. ⁊ quedã petrificatiue. ⁊ queda3 stiptice ⁊ quedã lenitiue ⁊ similes hijs. Et debes scire ꝙ medicina appropriata alicui operationi ñ dicit̃ habere illã ꝓprietatẽ nisi cõpatiõe ad corp⁹ tẽperatũ vel ad ꝓpinquu3 tẽperantie. ⁊ medicus expert⁹ in hac arte. qñ cadit ad man⁹ ipsi⁹ aliud corp⁹ distẽperatũ debet arbitrari medicinã ẽm mẽsurã quã videt ei esse magis iusta3 ⁊ magis cõuenibilẽ in virtute medicine q̃ habet facere operationẽ istã in tali corpore ⁊ experientie habẽt hic locũ magnũ. Verbi gra. postq̃ sciuerim⁹ ꝙ medicina maturatiua est illa cui⁹ calor est equalis calori corporis debemus itelligere hanc ꝓportionẽ propriã vnicuiq3 per se ⁊ facere ꝯperationẽ ꝓpriã tali corpori. Et hoc non fuit solũ in ꝯplone ꝓpria vnius indiuidui: sed etiã in vno quoq3 mẽbro per se ꝓpterea qꝛ medicina q̃ facit saniẽ in testiculis nõ facit saniẽ in aure ⁊ nõ oportet ꝙ medicus has res tradat obliuioni: ⁊ experientia habet in istis vijs arbitrium magnũ posse.

¶ Decisio prima de medicinis maturatiuis.

Deinceps narranda est natura illius medicine q̃ operat̃ operatões supradictas: ⁊ incipiendũ est a maturatiuis. Et dicam⁹ ꝙ maturatio est operatio caloris naturalis i substãtia materie sicut dictũ ẽ in alio loco. Et maturatio ẽ ordinata s3 ordinẽ quẽ habet digestio in cibo: hoc ẽ i trib⁹ digestionib⁹ Et qñ spergit̃ ad aliud mẽbrũ: materia q̃ egredit̃ a nã in quãtitate: aut q̃litate aut in vtrisq3 simĩl ⁊ putrefit illa mã: tũc generat̃ in illo mẽbro de necessitate vnus calor mixt⁹ ex naturali ⁊ extranea. ⁊ si materia illa est apta recipere digestionẽ fit ibi sanies et maturat̃. Jdeo qꝛ alba sanies est media inter digestionẽ perfectã ⁊ diminutã: eo qḋ est alba: qꝛ materie nõ sũt apte ad recipiendũ digestionẽ pro maiori parte: nisi qñ egrediunt̃ a sua natura in quãtitate. S3 qñ egrediunt̃ a natura etiã in qualitate: tũc ẽ in eis digestio difficilis: hoc ẽ qñ tendũt ad malã q̃litate3 sicut ad humores adustos ⁊ similes illis ergo ars cõueniens in sin re ẽ ꝯfortare virtutẽ mẽbri: qꝛ calor naturalis ẽ q̃si sepult⁹ in mẽbro sup qḋ ẽ sparsa hec materia. ⁊ propterea ẽ necesse vt medicina habeat ex sui natura vt faciat digestionẽ: sicut medicina q̃ assimilat̃ calori itrinseco q̃ debet esse tẽperata in caliditate ⁊ humiditate: vel sit declinãs aliquãtulũ ad calorẽ: ⁊ ꝓpterea qꝛ calor intrinsec⁹ qui ẽ i mẽbro põt esse refrigerat⁹ ꝓpter multã materiã sparsã in eo: aut ꝓpter q̃litatẽ. Et qñ ꝯpam⁹ talẽ medicinã q̃lis est hec corpori humano dicim⁹ ipsa3 esse tẽperatã. ⁊ qñ ꝯparat̃ parti dñanti i ipsa ex ptib⁹ eloꝝ dicim⁹ ꝙ ẽ talis aut talis. Et de medicinis tẽperatis est aqua calida tẽperati caloris ⁊ oleũ dulce oliue qñ gutati cadit sup apã ⁊ sicut cataplasma factũ de farina tritici coctu3 cũ aqua ⁊ oleo dulci. Et debes scire ꝙ medicina q̃ facit saniẽ in vna cõplexione non facit in alia: ⁊ simĩr in quolibet mẽbro corporis sicut dictũ ẽ superi⁹ ⁊ ꝓpterea medic⁹ expert⁹ debet ex se ponere grad⁹ istis medicinis verbi gra. qꝛ medicina q̃ inducit sanie3 q̃si in primo gra. est ⁊ cataplã sup dictũ: ⁊ sup illam in gra. est que facta est ex pane ꝓpter sale3 qui ibi est ⁊ super hãc illa: qꝛ facta est ex fermẽto. Et quidã dicũt ꝙ medicine opilatiue sunt maturatiue: sed hoc est p accidens sicut cerotũ factũ ex cera ⁊ oloro. ꝓpterea qꝛ qñ pori claudũt calefit mẽbrũ ⁊ materia maturatur. Et quidã dicũt ꝙ medicine maturatiue maturant ꝓpterea qꝛ faciũt in materia rẽ ꝓpter quã est facile nature diuidere ipsa3 materiã tẽperando qualitatẽ materie aut subtiliãdo ipsa3. Et põt esse vt i vna medicinaꝝ inueniat̃ maturatio cu3 oibus istis modis: ⁊ erit in ꝯposito per artificiũ i simplici vero per naturã. ¶ Et etiã dicit̃ ꝙ medicina maturat ꝓpterea qꝛ rectificat in qualitate caloris naturalis illud quod permutatum est per calorem extraneu3 ⁊ per hanc viam dicitur ꝙ persilium maturat apata calã ⁊ scḋ3 hũc modũ ꝙ res frigide maturãt apata calida

Et diffinitio qua diffiniuit. G. natura rationē non verificatur nisi in apostematibus que sunt difficilia ad maturandum propter nimiam debilitatem caloris naturalis: aut propter quantitatem aut propter frigiditatem.

¶ Decisio scda de medicinis mollificatiuis.

Iste medicine appropriantur multum in arte medicinis que dissoluunt apostemata dura dēplata lapidea quasi habentia insensibilitatem. Et ista apostemata generaliter fiunt ab humoribus grossis qui sunt aut melancolici aut flematici grossi. aut cōpositi ex ambob⁹. Et quia hec apostemata sunt indurata ꝓpter frigiditatez: necesse est vt res que ea mollificent sint calide: quia res que sūt cōgelate per frigiditatem dissoluunē per caliditatez si sunt resolubiles sicut plumbū ꝛ stagnum: quia ista apostemata cuz maturantur humectantur. ꝛ de necessitate est vt medicine que habēt permutare quāuis sint calide: vt habeant aliquā siccitatem vt vincant illam humiditatem frigidaz. Et medicine que probate sunt per experientiam in hoc opere sunt calide in secundo vel tertio gradu: ꝛ sicce in primo sunt sicut aromoniacū bdellium: storax alias calamita: ꝛ medulla cruris vituli: ꝛ sepum ircinum ꝛ bouinum Et est necesse vt sint mensure hax medicinarū scdꝫ mensuram quam habēt caloris ꝛ siccitatis: ideo qꝛ medicine que sunt fortes in calore ꝛ siccitate nimis habent dissoluere: ꝛ posset remanere pars grossa ex materia que cōuerteretur in naturaz lapidis. Et est necesse sicut diximus vt per te ponas gradū in fortitudine harum medicinarū: propterea quia pinguedo est debilior armoniaco ꝛ bdellio. Et piguedo galine debilior existit pinguedine anseris ꝛ anatis quia res iste diuersificantur scdm aliquā completionem aut ad aliquod membrū.

¶ Decisio scda de medicinis induratiuis.

De necessitate est vt medicine iduratiue sint frigide: propterea quia induratio est cuz grossitudine non est nisi congelatio: ꝛ congelatio non fit nisi a frigiditate. Sed illud quod dicit. G. de humiditate in hijs medicinis nihil est proterea quia humiditas nō habet nisi humectare ꝛ nō indurare. ꝛ melius esset vt poneret siccitatem cum frigiditate: quia de illa frigiditate fit duricies cruditatis Sed iste due qualitates sunt vt plurimuꝫ passiue et nō actiue quia due actiue sunt caliditas ꝛ frigiditas quāuis eoꝝ opationes diuersificentur scdm humiditatem ꝛ siccitatem. ꝛ hoc declaratuꝫ est in quarto methauroꝝ. Et iste medicine habēt latitudinem. ꝛ iste medicine sūt sicē sempiuiua psiliuꝫ ꝛ portulaca: ꝛ si infrigidāt ꝛ iocrudāt nō faciūt hoc nisi per frigiditatē.

¶ Decisio quarta de medicinis oppillatiuis.

Iste medicine sunt ex hijs que claudunt poros: ꝛ natura sunt terrestres sine mordicatione: quia mordicatio est vna ex rebus que cito faciunt medicinā egredi ex poris: aut vt sint conglutinatiue vt gūmi ꝛ terrestre quando non est conglutinatum sicut amidum Et est necesse vt iste medicine sint multum remote a mordicatione. ꝛ propterea debent esse temperate complexiōis vel declinantes ad frigiditatem parum. Et si quesieris quomodo oppillant iste medicine corpus interius quādo assumuntur. Respondemus ꝙ hoc potest scire per hoc quod est dictum superius: quia claudūt intestina propter chilum factum ex eis: ꝛ similiter epar ꝛ venas ꝛ membra ipsa. Et iste medicine opilatiue diuersificantur scdm diuersitateꝫ cōplexionis membrorum sicut dicitur ꝙ dactili opilāt epar: ꝛ aperiūt opilationem pulmonis.

¶ Decisio quīta de medicinis aperitiuis ꝛ abstersiōis

Iste medicine sunt vnius generis: ꝛ inter ipsas est parua diuersitas: quia medicine que abstergunt sordiciem ex mēbro ꝛ lauant ipsum: neqꝫ habent posse penetrandi in poris dicunē abstersiue: sicut aqua mellis: ꝛ aqua melonū: ꝛ farina ordei ꝛ fabaꝝ. ꝛ que habent virtutē penetrandi propter partē igneam que est in eis dicuntur apertiue. Et quedā medicinarū plus operantur extra corpus quam intra. ꝛ quedam plus intra quā extra. ꝛ quedam operanē equaliter. Et que plus operantur extra sunt que habēt aliquātulam bauracitateꝫ. nec in eis est multa grossicies: ꝛ ꝓpter partē subtilē que ē in eis penetrāt intus: ꝛ propter largitatē intranearum viarū penetrant cito. Et res viscose mūdificare nō possunt. ꝛ si cuꝫ eis iungeretur corpus stipticum aliquātuluꝫ grossum tūc mundificaret. propterea quia sunt instrumentū nature aperitiue que est ī eis: quia hec stipticitas coniūcta retinet eas in meatibus donec cōpleuerīt suas operationes. Sꝫ ex corp⁹ nō possunt ita operari propter stricturā poroꝝ ꝛ propter stipticitatē. Et ꝓpterea absinthiū aperit opilatiōes epatis: ꝛ non potest poros exteriores aperire ꝓpter stipticitatē que est in eo. Et iste medicie debēt esse amari saporis cū stipticitate. Sed medicine que ambas operatōes faciūt sūt inter haꝝ naturā medie: videlicet ille que habēt aliquātulā amaritudinē cū bauracitate sine stipticitate: sicut radix lilij celestis ꝛ similia eis Et tu iā sciuisti ꝙ medicine q̄ sunt apitiue vni⁹ mēbri nō sunt aperitiue alterius. Et ꝓpter hoc dare debes vnicuiqꝫ haꝝ reꝝ gradus quēadmodū facis reliquis medicinis ꝛ virtutibus.

¶ Capitulū de medicinis euaporatiuis.

Quia autē euaporatio non fit nisi in quātitate mēbri euaporati: ꝛ augmentū ipsius quātitatis nō fit nisi propter calefactionē mēbri necesse ē vt medicine euaporatiue sint calide. Sꝫ eaꝝ calor debꝫ esse tēperatus: quia medicine que habēt distēperatū calorē euāīt ꝛ desiccant: nec debēt habere substantiā grossā: ꝛ iste medicine sunt sicut: camomilla: malua ꝛ oleū vetus. Et debes scire ꝙ euaporatiue sunt contrarie opilatiuis: hoc est qꝛ sunt frigide. s. opilatiue de quo dictū ē superius: qꝛ qñ mēbrū refrigeraē diminuiē quātitas sua ꝓpter quātitatē sui ac frigiditatē ꝛ terrestritatē: quēadmodū augmētaē quātitas eius ꝓpter propiquitatē ad caliditatē ipsi⁹ nature aeris. ¶ Et scias ꝙ nō fit augmentū quantitatis ex hijs que apponuntur vel eueniunt extra: nec fit diminutio ꝓpter aliqd quod resoluaē ex eo: ꝛ hoc probatū est in naturali phīa. Et medicine facientes hāc operationē sunt hee eedē hijs que indurant: sed pmo iuiscāt: ꝛ si diu permanēt in mēbro indurāt ipꝫ possibile ē vt mortificēt ipꝫ: cū diu ꝑmanēt sup illud

¶ De medicinis aperientibus ora venarum.

Iste medicine sūt calide cōplexiōis: ꝛ habēt grossā substantiā ꝛ sunt de genere medicinaꝝ apitiuarū cū sint fortiores eis. Et habent q̄s tres gradus oponū prim⁹. ē abstergendi. scdꝫ ē aperiendi terti⁹ ē elargādi ora venaꝝ: tñ calor istaꝝ medicinaꝝ apitiuaꝝ nō ē cōueniēs vt sit calor corrosiu⁹ qꝛ corrosio claudit: ꝛ iste medicine sunt sicut aleum ꝛ stella ꝛ proprie fel bouis.

¶ Decisio octaua de medicinis stipticis.

Stiptice medicie q̄ stringūt orificia venaruꝫ sunt nā frigide ꝛ terrestres: ꝛ fortis siccitatis ꝛ ꝓpterea fuit sapor eaꝝ stiptic⁹. ꝛ ꝓpterea claudūt orificia venaꝝ. qꝛ frigiditas q̄ nō ē terrestris ē debilis operationis. Et hec ē drīa q̄ ē inter stipticū ꝛ opilatiuū: quia opilatiuū est in materia que tenet subtilitatem: ꝛ stipticū est in materia grossa: ꝛ hec sunt sicut galla. balaustia. alzatia ꝛ similia.

¶ Decisio nona de medicinis mitigatiuis.

Dicitur q̄ prima via mitigandi dolorez est vt remoueatur causa doloris. ¶ Et scd̄a est vt stupefiat membrū ita vt non sentiat dolorez sicut fit cū opio. Tertia est medicina que facit in mē bro illud quod repugnat rei que inducit dolorem et istud est verax mitigatiuū: quia in primo genere ca dūt multa genera medicinarū. sicut medicinarū pur gantiū i eis & medicinarū digestiuarū: Et scd̄s nō mi tigat nisi per accidens qn̄ priuat sensuz mēbri aut ip sum indurat que res nō est facienda. nisi quando vi tare non possumus sicut dictum est in libro de inge- nio sanitatis. Sed tertius est verax mitigatiu⁹ pro pterea quia prestat sine medio illud qd̄ resistit cau- se doloris. Ergo necesse est q̄ medicine que hoc fa- ciūt sint tēperate similes calori naturali. aut parū ca lidiores in tantū in quantū calor naturalis est refri- geratus a calore naturali debito mēbri propter reso lutionem factam in ipso. Et propterea possunt iste medicine mitigare dolorez qui est ex causis calidis & frigidis. & eundem modum. eo quod augmentant calorem naturalem qui est instrumentū nature qui est medicinalis per omnē partem. Et tunc domina tur natura super malam cōplexionem que facit do- lorem ipsum remouere. Et quamuis iste medicine sint in hoc gradu necesse est vt sint subtilis substātie penetrātes & velociter pmutabiles ad calorē naturalē & tūc adiuuabūt digestiōes ꝓpter earū subtilitatē. Et ꝓpterea appropriant iste medicie duab⁹ virtutib⁹ ad remouendū dolorē vna ē ad multiplicandū calorē naturalem: & alia ad preparandum humorē ad dige- stionem qui est causa caloris ad hoc vt sit facile per mutabilis a natura. ¶ Et res magis conuenientes in hoc sunt pinguedines & olea: & pinguedinum sicut pinguedo galline: & anatis & pinguede anseris ē me- lior scd̄m. G. ¶ De oleis olū vitelli ouorū: & oleū dul ce oliue calidū parum. Et generaliter quādo dolor est mordicatiuus res q̄ mitigant debēt esse dulcora tiue: vnde medicine que habent qualitatem mordi catiuā & proprie stiptice multum sunt remote a miti gatione doloris. Et medicine frigide & opilatiue ha bent augmentare dolorem eo q̄ resistunt dissolutiōe humoris. Sed medicine que in arabico nominant muscabecha: variantur ab istis: eo q̄ substantia corū aliquantulū grossior existit: & cum hoc sunt aperitiue pororū cum euaporatione mēbri. Sz generaliter na tura earum est propinqua nature ipsarum medici- narum predictarum.

¶ Decisio de medicinis generantibus carnem.

Iste medicine indigēt pauca abstersiōe: sed abstersio est vt auferatur sordicies que est in vulnere: & siccatio est ad siccādū humiditatē quia in digestione vniuscuiusqz membri inueniunt iste due humiditates: hoc est subtilis & grossa.

¶ Decisio de medicinis cicatrizantib⁹.

Iste medicine debent esse stiptice & fortiter sicce: propterea quia cutis est illud quod fit a natura post generationē carnis: & cutis est sic cior carne: propterea necesse est vt exiccatio istarū medicinarū sit fortis: sicut galle & balaustie.

¶ De medicinis causticis decisio.

Iste medicine debent esse in fine caliditatis cum grossicie: & tunc facient opus quod facit prima idest carbo.

¶ Decisio de medicinis corrosiuis & facientibus carnem cadere.

Iste medicine cōsumunt carnē: nō tn̄ faciunt quod faciūt caustice & hoc accidit q̄z habent caliditatis min⁹ & subtiliorē substantiā: & que faciūt cadere carnem sunt debilioris putrefactionis: & non dicunt putrefactiue nisi ꝓpterea q̄z corrosio & casus carnis: nō sunt nisi ꝓpter calorē extraneū: & in calore extraneo est aliqua putrefactio de necessitate: & me dicine putrefactiue sunt sicut auripigmentū rubeū vel citrinū. Et vtimur medicinis facientib⁹ cadere car nē in vulnerib⁹ qn̄ volumus q̄ caro bona in eis nas catur: sicut putrefactiuis in locis corrosiuis.

¶ Decisio de medicinis attractiuis.

Quedaz earū operant̄ prima qualitate: & que dam proprietate. Que operant̄ per primam qualitatē trahūt quodlibet adueniens. Sed q̄ trahūt ꝓprietate trahūt rē ꝓpriā: sic adamas ferrū & generaliter oīs attractio quocūqz mō fiat non fiet nisi per calorē. Et ego debeo declarare operationes que a proprietate fiunt cōplete. ¶ Et medicine que trahūt ꝓpter primā qualitatē in eo q̄ est qualitas ab soluta: hoc est illud qd̄ facit caliditas inquantū cali- ditas sunt duarū specierū. Una est que trahit per ca- lorē naturalē qui est i ea sicut radix q̄ vocat̄ moschec almesia. i. putredo facta circa orificiū bussorum apū & alia trahit per calorē putredinalē sicut fermentū & stercus colūbarū. Sed medicine que vocant̄ beza- bar que curant a venenis faciūt hoc a tota substātia & quedā faciūt ꝓpter primā qualitatez que est in eis hoc est quando resistūt qualitati generate a veneno: ꝓpterea q̄z venenū ingreditur hanc diuisionē. Hoc est q̄z venenorū quoddā est venenū per primā quali tatez: & quodā est a tota substantia. & hanc diuisionē postea declarabo. ¶ Et medicine ꝓseruatiue dicūt medicine que resistūt putrefactioni: aut ꝓpterea q̄z tenēt aperta loca que parata sunt opilari: aut q̄z resi- stunt putredini aut propter vtrunqz.

¶ Decisio de medicinis confortantibus.

Iste medicine sunt que assimulant comple- xioni membri in tota substantia. Et propte- rea dicunt quidā q̄ quodlibet membruz co- mestuz confortat simile membrū comedentis. Sz medicine que cōfortāt inquantū sunt medicine con fortatiue necessario calor earū debet esse fortior pa- rumper calore mēbri & similiter siccior. propterea quia membra nō terrētur: neqz debilitant̄: nisi pro- pter qualitatem frigidā & humidā. Et hoc scd̄m plu rimū accidit proprie in membris principalibus: et generaliter non debilitatur operatio mēbri vt plu- rimū nisi propter frigiditatem que est conueniētior ad inducendā lesionez: hoc est q̄ assimulatur virtu- tibus dominantibus super ipsum ex virtutibus ele- mentorum sicut est cerebrū: quia ideo q̄ super ipsum dominatur frigiditas & humiditas lesio que super- uenit ei propter has duas qualitates est maior. Et proterea est necesse q̄ natura medicine que confor- tant mēbrū resistat parti a qua prouenit lesio partis mēbri: verbi gratia quia medicine que confortant epar necessario debēt habere manifestam siccitatē: ecōtrario in medicinis cordialibus. & quedam sunt que confortant a tota substantia: sicut aurū & marga rita cor. ¶ Et quedam sunt que confortant propter qualitates primas & secūdas sicut stipticitas & ama ritudo que sunt in rosa. ¶ Et medicie odorifere sunt supreme omnibus medicinis que confortant princi palia membra. & maxime in rebus testificatis ab ex perientia & proprie cordi. Et propterea musc⁹ plus confortat inter cetera odorifera: nam eius aromati citas preualet omnibus aromaticis.

¶ Capitulum de operationib⁹ tertiarū virtutū.

Nam diximus naturam medicinarū a quibus proueniunt operatiōes secunde. Deinceps debemus narrare naturam medicinarum que faciunt tertiā operationem. Et dicam⁹ q̄ istarū medicinarū quedā sūt q̄ frangūt lapidē: & quedā que

prouocant menstruã: et quedã que generant lac: et quedã que generãt sperma: et quedã que diminuũt lac et sperma: et quedã mundificant pectus. ¶ Sed medicine que frangãt lapidem non sunt multum calide scdm quod medici dicunt. propterea quia calor qui indurat et putrificat est fortissimus. et propter hanc viã calor extraneus indurabit lapides. et propterea est necessarius in earum fractione calor suauis et nõ fortis in quo sit aliquãtula humiditas comparando calori qui indurabit lapides et cũ subtilitate eo quod scis quia res que indurate sunt propter calorẽ et siccitatẽ non dissoluuntur nisi per frigiditatẽ et humiditatem. Et cum dico frigiditatẽ intelligo diminutũ calorem a calore qui coagulauit lapidem: et sic intelligo cum dico humiditatem. ideo quia nõ operãtur iste medicine in lapidibus nisi per operationẽ similem: operationi alicuius decoctionis: et per viã istam diuidit eum calor naturalis et expedit. Et tales medicine sunt sicut sparagus: cicer rubeũ et amigdole que tendũt ad amaritudinẽ. Et non est remotũ vt hec operatio non fiat a tota substantia. Sed medicine que prouocant vrinã debent necessario habere caliditatem cum subtilitate: quia caliditas cũ subtilitate adiuuat virtutem attractiuam que est in renibus. videlicet ad trahendum illam aquositatem: et discretiuam que est in epate etiã adiuuat in cognitione istius aquositatis. et dicitur quod medicine que faciunt hoc habent conuenientiã cum membris vrine a tota substantia: sicut sunt apium: feniculum: daucus: et similes illis. Sed medicine que lac generant sunt que habent calefacere humores flematicos et habent iuuare virtutẽ digestiuã que est in mẽbro vt conuertatur ad sanguinem: Et ex generantibus lac sunt quedã que sunt cibi et illa sunt conuenientiora in hoc opere. Et sunt cibi ex quibus fiunt humores tẽperati in caliditate et humiditate: equalibus humiditati et caliditati sanguinis. Et medicine que prouocant mẽstrua per os sumpte sunt de genere medicinarũ que generant lac. sed necesse est vt sint calidiores eis: eo quod habent aperire orificia venarum et subtiliare sanguinẽ. Et quãdo hoc accidens est paruũ tunc sufficiunt solum medicine que generãt lac: sed si ex toto cessaret mẽstruũ non sufficiũt ille: sed sunt necessaria ea que sunt similia pulegio: et mentastro: et opoponaco: et costo: et squinanto: et cassie lignee: et aristologia: et similia hijs. Sed medicine et cibi que generant sperma sunt calidi: et humidi: et ventosi: sicut faseoli rubei: cepe et nuculi pinearum. ¶ Sed medicine que mũdificant pectus et pulmonem: et adiuuãt ad excreandum materias influxas in ipsis sunt que habent virtutẽ digestionis et incisionis sine forti calore vt nõ indurent. Et quãdoque adiuuãt ad excreandũ sputa medicine que habent leuitatem et viscositatẽ: et quando difficultas spuẽdi erit propter subtilitatẽ materie: quia spergit et circũfluit ante aerem et educi non potest. Et medicine digestiue et huius materie abstersiue sunt sicut nuclei pinearum recentes et butirũ cum melle canne et amigdalis. ¶ Et semper sis memor eorum que diximus superius. hoc est quia diuersificantur operationes istarũ medicinarũ per diuersitatem cõplexionis alicuius membri etiã plus et minus: et a te pone gradus: et via cognitionis harum rerum vt plurimũ est experientia.

¶ Capitulum. vj. de hijs que operantur a forma specifica tres habẽs decisiões. decisio prima de medicis

Deinceps volumus dare differentiã que est inter medicinas que operantur per primã secundam et tertiam virtutem. et illas que operantur per proprietatem quã appellant medici totã substantiam et qualiter operantur. Et dicamus quod operationes medicinarũ sumuntur duobus modis: vnus est operationes que appropriantur proprijs virtutibus elemẽtorum: sicut est calefacere calori et refrigerare frigori: quia huiusmodi sunt substantialia: et sequuntur eorũ substantiã: et similiter incisio: subtiliatio et alie operationes sunt scdẽ et tertie sicut dictum est. ¶ Et propterea possumus apprehendere occasiones harum operationũ bono arbitrio. ¶ Sed aliũ modũ medicinarum operationis appropriare nõ possumus: primis virtutibus elementorum substantialiũ et verbi gratia attractio quã facit adamas in ferro propterea quia attractio in quãtũ ẽ attractio quamuis sit appropriata calori nõ propterea vt trahat absolute accidit vt trahat ferrũ. ¶ Sed propterea quia trahit tali attractione propria: et hoc accidit propter proportionem et conuenientiã que est inter ipsum et ferrum. ¶ Et hec proportio et conuenientia non est nisi in mensuris mixtionum elementorum in eis: hoc est in trahente et attracto. ¶ Et propterea est possibile inueniri in vna re proprietates infinitas: et hec est cõparatio entibus quasi infinitis. ¶ Et hec operatio est quasi sicut accidens in ipsis virtutibus elementorũ que sunt infuse in re que habent hanc proprietatem et nõ insunt substantialiter. ¶ Et propterea est ipossibile scire per arbitriũ mẽsurã mixtionis propter quã fit hec operatio in ipso ente sicut sciuntur operationes que proueniunt a materia que non sciuntur nisi per arbitrium. Idem est esse proprietatis et totius substantie. Sed cõplexio nõ queritur nec arbitratur in hac specie sed in alijs Et qui querunt in qua specie harum operationũ operentur medicine laxatiue eis respondendum est quia habẽt hãc operationẽ per modũ attractõis inquãtum est attractio et per proprietatem. Propterea quia nos videmus quod quãdo reperitur vna ex istis medicinis purgãtibus ipsa attrahit humorẽ propriũ ei: et a quacunque parte sit in corpore: vel quod sit in partibus infimis corporis aut in partibus supremis: sicut scamonea que curat egritudinem formice pedis: eo quod mouet hunc humorẽ colericũ qui ẽ in pede ad exeundũ extra cũ medicina: et hoc non fit nisi per viã attractionis. ¶ Et medicine purgatiue non habent hanc solam virtutẽ: hoc est attrahendi humorem propriũ eis: sicut turbit flã trahit scamonea coleram. et lapis lazuli melancoliam: sed etiam trahunt proprium humorem et ex proprio mẽbro sicut faciunt gummi et proprie serapinũ: quod trahit a neruis et a coniunctiris humores flematicos grossos et viscosos. ¶ Et apparet quod medicina cum hac operatione attractiõis habeat operationẽ cognoscendi humores propterea quia humores sicut scitur sunt in maiori parte in sanguine in potẽtia: et ipsa cognoscit et ipsos attrahit. Et quãdo trahuntur humores ab istrumentis ciborum ad intestina et ventrem: tunc mouetur virtus expulsiua ad expellendũ eos: nec est remotum vt virtus expulsiua que est in hoc mẽbro in quo est humor sit iuuatrix operationum medicine in illo humore: hoc ẽ quia cũ medicina incipit attrahere: et natura incipit expellere. Et propterea quando virtus expulsiua est multũ fortis fit propter hoc magna euacuatio quãuis medicina non fuerit multũ fortis. ¶ Et manifestum est quod attractio non potest fieri nisi cũ apertione orificiorum venarum: et illa apertio non habetur nisi per calorem: et sic fit similiter attractio. ¶ Et propter hoc totum apparet quod medicine purgatiue non operantur nisi propter vnum calorem proprium: qui est in eis qui habet proprietatẽ trahendi talem humorem. ¶ Sed querendũ est et dicamus per exemplũ. Ponamus quod scamonea habet proprietate sua trahere colerã solum sicut habet adamas trahere ferrũ solũ. Ergo quando bibitur ex ea plusquam sit eius dosis

nō debet aliud purgare humorē: ⁊ iaʒ certificatuʒ est per oēs medicos: ⁊ experiētia scitur: ꝙ si fuerit quantitas maior debito: purgata colera fortiter/postea purgat flema: post melancoliā ⁊ sanguinē. Et sic apparet ꝙ alia virtus hoc faciat appropriate. Ad hoc respōdere debes ꝙ iste calor proprius quē habet medicina purgatiua per quē attrahit non habet ipsum solū in se ⁊ in actu: sicut habet adamas q trahit ferrū ꝑpter suā formā specificā: q: medicina non acquirit illū calorē nisi a corpore: ⁊ calor nō dat illū calorē nisi in quātitate determinata in illa. Et ꝑpterea qn̄ recipit aliqua quātitas indeterminata nō stabit in hac ꝓprietas ergo attractio medicine non est proprie alicui humori nisi per viā comparationis ⁊ proportiōis determinate in illa medicina: ⁊ non oī quātitate accidente: q: qn̄ egredit ab illa quātitate: ⁊ tūc trahit solū illud qđ trahit per attractionem. Et non oportet vt hec oīa dicātur nisi in medicina que inuenta est per experientiam vt non trahat nisi in vnū humorē propriū: eo quod inueniuntur medicine que trahunt diuersos humores: sicut dicit de agarico. Et non est remotū q: oēs humores habent propinquitatē in vno genere. Et hec est etiā causa si duplicaret quātitas medicine que est propria vni humori: vt purgaret aliū humorem. Sicut dicitur quod medicine que trahunt melancoliam trahunt humores flematicos quia conueniunt cum ea in vna qualitate.

¶ Capitulum de venenis.

Venena operantur in corpore quattuor operationib⁹ virtutū: sicut tu vides/ꝙ plura operantur qualitatib⁹ primis sicut opiū quod priuat sensuʒ ⁊ motuʒ sua frigiditate: vnde si sumeret pauca quantitas postq̄ esset refrenata aliq̄ medicīa ɔ̄ria esset medicina. Et q̄dā opant a tota substātia: hē q: pmutāt corp⁹ penit⁹ ex toto sicut aurū conuersuʒ in calceʒ ⁊ nō pōt aliquo mō esse medicina. Et quedā interficiunt fortitudine attractionis sicut dicitur de eleboro nigro alia albo. Et quedaʒ occidūt remouendo calorem vite: hoc est que purgant sanguinem.

¶ De bezcharidis.

Medicine que vocant bezahar que currant a venenis operantur has passiones cōuersim: hoc est q: quedā permutant sua qualitate venenuʒ qn̄ sunt contraria: ⁊ quedam hoc operantur a tota substantia: ⁊ quedā hoc faciunt sua attractione. Et iste medicine bedazarice nō curāt nisi recipiāt cū est ī corpore dispositio venenosa facta a veneno: ⁊ tunc dant corpori vnā virtutē que est cōtraria virtuti veneni. Et sic curāt venenū quāꝑ accidēs propterea qn̄ illas comedit homo sanus sunt sicut venenū exceptis granis citri: ⁊ similib⁹ illis. Propterea dicūt medici ꝙ medicine bedazar sunt medie inter medicinas ⁊ venenū: ⁊ nos sic non intendimus: q: mediū ⁊ extrema sunt vnius generis: ⁊ que sunt vnius generis similia: ⁊ sic non est in bedazarijs cū veneno: ⁊ ꝑpterea meli⁹ est dicere ꝙ bedazar sit in fine contrarietatis cōtra venenū: q: medicatio contrarietatis semper debet attribui contrarietati. Sed cā quare bedazar occidit sanū nō est nisi quia non habet prodesse nisi quando in corpore est dispositio venenosa. Et ē vt iste medicine faciant duas operationes in corpore humano. Vna est vt venenosa quando recipit non existente in corpore dispositione venenosa. Et alia est iuuatrix qn̄ in corpore ē dispositio venenosa ⁊ sunt sicut venenū ex vna parte ⁊ medicine ex alia: non ꝙ sint medicine ex parte qua sunt venenū q: nō est extraneū vt dicam ꝙ diuersificant actiones vnius agentis diuersificatis dispositionibus subiecti locorū: hoc est ꝙ potest dici bono arbitrio de operationibus medicinarū qualiter operant.

¶ Capitulum in quo inuestigat modū cognoscendi virtutes medicinarum ⁊ ciborū.

Deinceps habemus perscrutari si possunt comprehēdi argumento operationes medicinaꝝ que nō sunt experte: aut sit cognitio inuestigationis earū per experientiā: aut si in hac inuentione cadit res que cōtineat argumentū ⁊ experientiā: ⁊ si ceciderint vtrū sufficiant modi qui dicti sunt a medicis. Sed dicamus ꝙ operatiōes medicinarū ſm ꝙ dictū est sunt quattuor prime: ⁊ secunde: ⁊ tertie: ⁊ proprie. Sed cibus nō habet nisi vnā operationē: hoc est q: nutrit. Et cibi naturales non conueniunt nobiscū nisi in tota substantia: propterea quando ꝑscrutati erimus de hoc si poterit cōprehendi per modū argumenti demōstratiui in hac demōstratiōe: alias perscrutatione cadet perscrutatio inquisitionis proprietatis si potest assignari aliqua ratio vel non. Et dicam⁹ iam dictuʒ est in primo posteriorū ꝙ cognitio rerū est duob⁹ modis. Unus ut habeatur cognitio sui esse solū: ⁊ hec vocatur demonstratio esse. Et secundus dat nobis cognitionē cause illius esse: ⁊ hec vocatur demonstratio cāe. Et quādo sunt in vna ⁊ eadē scientia diferunt in hūc modū: q: quod dat causam non stat nisi per primā causam propinquā sine medio. Verbigratia: si tu quereres que sit causa dici: respondemus q: est propter lumen solis. Sed quod dat esse rei solū nō stat per primā causaʒ: sed stat per principia mediata: ⁊ si non sint mediata nō sunt ipsa ⁊ eadē causa: sed hoc scitur per cōuersionem equalē: aut propter res magis notas apud nos. Verbi gratia: ponamus ut velim⁹ ratiōeʒ assignare ꝙ luna sit rotunda: eo quod ipsius lumen paulatim augumentat in figura rotunda: sicut arcus q: hoc principiū hoc est augumentatio sui luminis paulatim nō est mediatū: propterea hoc idem non est causa rotūditatis lune: propterea ꝙ rotunditas lune non est propter hoc ꝙ augmentat paulatim in hac figura rotunda: sed augmentat in hac figura: quia ⁊ est conuersiua: propterea ꝙ cuius rei lumen augmentatur paulatim in hac figura est eius forma rotunda: ⁊ omnis res rotunda luminosa augmentat lumen suū in hac figura. Et etiam inuenimus principia quedā esse rei solū in hoc quod nota sunt per se: ⁊ non propterea ut sint prima causa in re sicut dicitur ꝙ stelle q̄ non sintillant sunt nobis propinquiores: ⁊ hoc principiuʒ est notū apud nos per sensuʒ: propterea prodest dicere ꝙ stelle errātes sunt propinquiores fixis. Et debes scire ꝙ hec principia que nos iuuant ad sciēdū esse rei solū sunt posteriora a complexione in esse: ⁊ sunt priora ei in cognitiōe cōparatiōe ad nos. Propterea ꝙ priuatio sintillationis errātiū est ꝑpter eaꝝ propinquitatē ad nos: ⁊ propinquitas earū ad nos est prior in natura ⁊ cognitione. Et principiū conuersiuū potest nobis dare cognitionē cause rei quando probatur per medium terminum ꝙ sit in vero sillo: quia in hoc probatur terminus maior ⁊ minor virtute medij. Quia quando inuenitur terminus maior in toto medio ⁊ medius in toto minori tunc probatum est esse maioris in minori: ⁊ hec demonstratio potest dare causam esse maioris in minori: ⁊ hec demōstratio potest dare causam esse ⁊ nominatur demonstratio cause. Sed quod dat solum esse est inductio: hoc est quia scitur ex inquisitione partiuʒ que sunt sub illo vniuersali quia quando fuerit quesituʒ predicatum cuius esse volumus habere certitudinē vniuersaliter: tunc querunt oēs partes vlis. Et si inueniuntur tunc constituetur ꝙ hoc predicatū est in toto vniuersali: ⁊ hec species noīatur declaratio esse maioris ī medio virtute minoris: q: quando inuenit maior in toto minori: hē est in omnibus partibus: ⁊ totus minor est totus medi⁹ tunc argumentatur maiorē esse in toto medio. Ergo quando querant multa ex particularibus in vna specie: ⁊ inueniatur vnū predicatū in omnibus non opinando ut sit aliqua pars in subiecto in qua nō inueniatur hoc predicatū esset certificatū: ꝙ nō videbitur per hoc quod videtur a partibus per hunc modū declarationis cognoscitur esse vni⁹ predicati in tota illa specie a parte experientie in omnibus suis partibus. Et per hanc viam habemus cognitioneʒ maioris partis specieruʒ principiorū artis medicine. Et principium quod nobis dat esse rei solū: ⁊ ꝙ non est post conclusionē: est ut non sit conuersiuuʒ super mediuʒ terminum: ⁊ in hoc modo cadit demonstratio esse verbi gratia si

tnt velimꝰ demõstrare esse virtutẽ nutritiuã homini per
vnũ principiũ quod dicet oẽ animal est nutribile: ⁊ fiet ar
gumentũ hoc sic oĩs homo est aĩal: oẽ aĩal est nutribile: er-
go oĩs homo est nutribilis: ꝓpterea q꜡ hoc principiũ non
ꝓdest nobis nisi ad tribuendũ virtutẽ nutritiuaꝫ homini
sed nõ vt virtꝰ nutritiua sit causa propinqua homini. Et
quare nõ iuuat nos in dando causaꝫ rei: q꜡ nõ conuertitur
maior supra mediũ: q꜡ oẽ nutribile nõ est aĩal. Et in sum
ma dico ꝙ demonstratiões que nascunt̃ a causis remotis
vel affirmatiue vel negatiue sunt demõstratiões esse ⁊ nõ
demonstrationes eẽ q꜡ demonstratio esse est prima ⁊ pro-
pinqua. Et oẽs iste res faciles sunt ei qui studuit in loyca
per aliqđ tempus: ⁊ perfectꝰ cognoscet iuuamentũ qđ fa-
ciunt in hoc loco ⁊ etiã necessitatẽ. Et postq̃ꝫ ita est sicut di
ctũ est debemꝰ perscrutari de proprietatibꝰ: ⁊ videndum
est si possit inueniri via qua possumus cognoscere ꝙ pro-
prietas sit per cõplexionẽ alicuius alterꝰ rei sicut est ad cõ
parationẽ corporis hominis. Et dicimꝰ ꝙ hoc nõ potest
sciri nisi vno duorũ modorũ. Vnꝰ est vt sit natura ꝓpter
quã prouenit hec operatio manifesta apud nos ꝑfecte: aut
per primos intellectus aut demõstratione. Alter est vt in
ueniant̃ res proprie posteriꝰ illi nature. Et ad hoc vt sint
ille res ⁊ ꝓprietates eq̃les in vno predicato. Et etiã vt sint
ille eedẽ res posteriores magis note apud nos q̃ꝫ proprie
tates: ⁊ vt sint ille res propter quas possint sciri proprie-
tates absq̃ꝫ medio. Quã species harũ demonstrationũ q̃ꝫ
uis sint ex rebꝰ q̃ sunt quasi per accidens sunt tñ veraces.
Et nos vellemꝰ si posset esse inuenire hec que sint virtute
illarũ demonstrationũ. Sed videtur ꝙ iam sit sententiatũ
ꝙ natura qua operat̃ proprietas non possit sciri perfecte:
q꜡ ꝓprietas nõ est nisi vna operatio existens per se transi
ens ab vno ente ad aliud ꝓpt̃ ꝓportionẽ mẽsurarũ elemẽ
torũ quã habet vnũ ens cũ alio. Et hec mensura compre-
hendi non potest per modũ arbitrij: neq̃ꝫ etiã potest sciri
hoc plꝰ q̃ꝫ fit hec cognitio q̃ nõ est ꝑfecta. Neq̃ꝫ etiã inue
nit̃ hic aliud accidens posterius ꝙ significat sup̱ hanc na-
turã veraci significatione. Etiã neq̃ꝫ est aliqua nisi propri
etas eadẽ que sentit̃ q꜡ tũc significat super hanc naturã: ⁊ si
est impossibile hoc scire: eodẽ modo est impossibile inueni
re in eo ꝙ habet proprietatẽ vnũ accidens equale proprie
tati ad h̃ vt significet sup̱ proprietatẽ ⁊ sit manifestꝰ apud
nos q̃ꝫ ipsa: q꜡ nõ est cõueniens inuenire hoc nisi qñ inue
niret̃ vnũ accidẽs magis notũ ꝙ significaret ꝑfectã signi-
ficationẽ: super naturã propter quã fit hec ꝓprietas. Et
propterea q꜡ proprietas sequit̃ proportione mensurarũ re
rũ: possibile fuit inueniri in vna re proprietates quasi in-
finitas: ⁊ res que est ꝓpinqua infinito nõ potest sciri per-
fecte per arbitriũ: neq̃ꝫ etiã possumꝰ inuenire signa signifi
cantia substantialiter sup̱ hãc naturã. Et postq̃ꝫ ita est de
bemꝰ perscrutari si possibile est apprehendere primas ope
rationes per viã demonstratiuaꝫ aut nõ. Et dicamus ꝙ
via q̃ perscrutati sumꝰ sup̱ proprietates erit eadẽ cũ via q̃
hic erimꝰ scrutati: q꜡ si posset apprehendi arbitrio medi-
cina tẽperata aut distemperata in fine equalitatis: hoc nõ
esset nisi cũ cognosceremꝰ naturã que hoc operat̃ ꝑfecta co-
gnitiõe. Quia qñ nos tractamꝰ de medicina si ẽ calida aut
frigida: aut temperata nos nõ intelligimꝰ hoc nisi quia
habet per sui naturã ⁊ preparationẽ permutando se a cor-
pore humano vel vt permutet̃ a corpore humano: ⁊ corpꝰ
postmodũ ab ea recipit vnã qualitatẽ permutatã ꝯparatã
proportionatã qualitatibus naturalibꝰ que sunt in corpo
re: quã proportionẽ dicimꝰ tẽperãtiã esse aut distemperan
tiã. Ergo vtinã ego scirẽ que natura est hec propter quaꝫ
preparatũ est corpꝰ humanũ pati has passiones: ⁊ que est
illa que preparata est ad agendũ: ⁊ cui rei has debemꝰ cõpa
rare: hoc est cui rei debemꝰ cõparare mensuras elementorũ
que sunt in illa. Propterea q꜡ hec cõparatio: alias opera-
tio nõ dicit̃ nisi cõperatiue ad corpꝰ humanũ. Et propte-
rea apparet prima fronte ꝙ debet fieri comparatio inter cõ
plexionẽ ciborũ ⁊ medicinarũ ⁊ cõplexionẽ hominis. Ita

ꝙ mensure elementorũ que sunt in cibo ⁊ medicina in quã
litate equales sint hijs que in homine iueniunt̃: ⁊ hoc est
quod dicitur cibꝰ tẽperatꝰ ⁊ medicina tẽperata. Et qđ egre
dit̃ a temperantia ad vnã extremitatẽ est illud quod est au
gmẽtatũ aut diminutũ in illo extremo. Hec est melior ra
tio que possit assignari proportioni ⁊ cõparationi ciborũ
⁊ medicinarũ corpori humano ⁊ operationibꝰ ipsius. Sꝫ
vnũ nobis obuiat ꝙ si ita est nullꝰ cibꝰ debet dici tempe-
ratꝰ homini nisi caro humana. Et forte posset eẽ ꝙ carnes
gallinarũ per modũ similitudinis remote essent temperate
cõplexioni hominis: aut ꝯplexio carniũ edi similiter. Sꝫ
de terre nascentibꝰ nullũ temperatũ poterit inueniri: ⁊ mi
nus debẽt eẽ calida corp̱e humano: q꜡ corpora animaliũ
sunt calidiora nascentibꝰ terre: ⁊ ꝓpterea nõ inuenitur in
terre nascentibꝰ calor in actu. Et postq̃ꝫ nõ est via cogno-
scendi hanc naturã perfecta cognitione ab hac parte cogni
tionis que est inter naturã corporis ⁊ complexionem qua
operant̃ medicine has operationes fortasse poterit cogno-
sci a parte complexionis ⁊ proportionis mensurarũ elemẽ
torũ quã habet medicina a seipsa hoc est q꜡ medicina ĩ qua
dominabit̃ calor in seipsa: illa dicit̃ calida: ⁊ illa in qua do
minabit̃ frigꝰ dicit̃ frigida. Et sic de sicco ⁊ humido: quia
medicina in cuius partes dominabit̃ pars ignea illa erit
conueniens vt ex ea generet̃ calor magis sicut videt̃ in sul
fure ⁊ similibꝰ. Hec est vna via que posset sustineri in p̱te
Sed etiã illa est corrupta in pluribꝰ suis partibꝰ. Ideo q꜡
inuenimꝰ multas res que sunt in suis complexionibꝰ cali
diores Et qñ nos cõparamus eas corpori humano: hoc ẽ
qñ eas comedit homo inueniunt̃ frigidiores sicut mustuꝫ
⁊ vinũ antiquũ q꜡ ĩ eo. s. musto apparet calor manifestior.
Postq̃ꝫ tu vides q꜡ bullit ⁊ cõparando ipsuꝫ corpori hu
mano est frigidiꝰ. Et videmꝰ res in quibus frigiditas est
magis manifesta ⁊ cõparatione ad corpus nostrũ sunt ca-
lidiores sicut vetꝰ vinũ. Et si tu dicis hoc prouenit a virtu
te corporis. Ergo sumus in eo qđ priꝰ eramꝰ ⁊ nõ sumꝰ
egressi. Et quare volo in hoc conari quia in terre nascenti
bus ⁊ aĩalibꝰ oĩbus dominat̃ calor: ⁊ si refrigidarent pro
pter dominãs in eis nõ est frigiditas illa a parte qua sunt
terre nascentia: aut animalia in actu. Sed quedam eorũ
inueniuntur calida comparatione corporis humani: ⁊ q̃
dã frigida: ⁊ non solũ frigida verũ etiaꝫ mortifera propter
frigiditatem: ⁊ illud quod est mortiferũ non est mortiferũ
ex parte q̃ frigidũ est in actu: q꜡ vinũ qđ est viuificatiuuꝫ
est frigidũ in actu: ergo nõ prouenit nisi a parte permuta
tionis quã recipit a nostro corpore: ⁊ hec permutatio aut ẽ
ad magis calidũ: aut ad magis frigidũ: ⁊ ad magis calidũ
ergo calefit ⁊ nõ refrigerat: si ad plꝰ frigidũ: ergo in corpo-
re nostro est frigiditas in actu in quarto gradu aut vltra er
go sunt ocupati oẽs passus vel trãsitꝰ: ⁊ ẽ nobis necesse tẽ
ptare nouũ passum: ⁊ dicemꝰ paruũ de esse olei. Oleũ est
ex rebꝰ in q̃bꝰ dominat̃ humiditas ⁊ caliditas: eo ꝙ p̱tes
aree in eo sunt manifeste multũ. Et si aliq̃s diceret quomo
do potest esse vt in eo partes aeree dominent̃ cũ videamus
ꝙ ingrossat̃ ⁊ congellat̃ ⁊ inspissat̃ a frigore ⁊ dicit̃ ꝙ nõ
cõgelant̃ a frigore nisi substantie aquose. Debemꝰ respõ-
dere ꝙ nõ cõgellat̃ a frigore nisi ꝓpter multã cõuersionem
suarũ p̱tiũ ad aquã ⁊ ab illa cõuersione ꝓuenit hoc ⁊ multũ
subtiliati sumꝰ sup̱ eẽ olei sup̱ q̃rto methaurorũ: ⁊ ibi sunt
soluta oĩa dubia ⁊ ꝓpterea nõ põt haberi ex hoc certitudo
nisi per experiẽtiã: ⁊ quomodo nõ debes hoc credere q꜡ tu
vides ꝙ qñ ponimꝰ in igne multas res nõ subito alteran
tur et qñ comedunt̃ ab aliq̃bus aĩalibꝰ icontinenti alterã
tur ꝓpter calorẽ naturalẽ qui est in ipsis aĩalibꝰ: sicut di-
cit̃ ꝙ cũ strutionibꝰ dat̃ ad comedẽdũ aurũ ⁊ incontinen-
ti extrahat̃ a stomaco inuenit̃ multũ diminutũ: ⁊ h̃ ẽ ve-
ritas: q̃ꝫuis aurũ durũ patiat̃ ab igne: nec potest dici ꝙ ca-
lor strutionis sit fortior igne: nã verbũ esset vanũ. Et hec
res nõ est nisi illud qđ sequit̃ a tota substãtia a calore stru
tionis: ⁊ nõ propter fortitudinẽ qualitatis caloris: ⁊ hoc
est manifestius in cibis quã in medicinis: ꝓpterea q꜡ cibꝰ

est illud ꝙ habet per sui naturā vt cōuertat̃ ⁊ alteret̃ a cibato: ita vt fit in cibato idē in specie ⁊ manifestū ē ꝙ hec cōuenientia que ē inter cibum et cibatū nō ē nisi a tota substātia: ⁊ propterea vna ⁊ eadē res vni animali est cibꝰ ⁊ alteri est venenū: sicut eleborus cōturnicibꝰ: et napellus zaratro ꝙ latine sturnelli noīantur: sꝫ medicina eo ꝙ operatur in corpore propter primas qualitates opinantur quidam vt illud arbitrio possint comprehendi.

¶ Capitulum de inuestigatione qualiter sunt verificata signa rationabilia ciborū ⁊ medicinarꝫ.

ET. G. ⁊ alij medici conati fuerunt facere regulas demonstratiuas vt probarent operationes harū medicinarum in corporibus humanis ꝗ̄uis nō sint nisi sicut signa opinatiua sicut ostensum est superius: ⁊ vt ipsum honoremꝰ dicimꝰ ꝙ habent veritatem pro maiori parte sed non necessario: ⁊ etiā q: mouēt hominē ad experientiā. Et propterea dicit. G. ꝙ duo instrumenta quibꝰ hec ars fuit inuenta fuerunt ratio ⁊ experientia: ⁊ etiā conferunt ad habendā cognitionē rerū expertarū vtrū sint cibales aut medicinales. Verbi gratia sint duo cibi vnꝰ sit facilis vel leuis alter vero grauis ⁊ durus: nos dicimus ꝙ facilis ⁊ leuis citius alterabit̃: eo quod citius recipiet diuisionē a calore naturali ⁊ citius patit̃. Et adhuc pulsionati essemus in hijs rebus ad accipiendā per vnā viā causaꝫ ⁊ esse simul: esset valde difficile: ⁊ quando habebimus experientiā esse facile erit nobis dare causaꝫ per hūc modū speculationis: ⁊ erit hec ars ratiotinata. Et qn̄ vna medicina non cōprehendit intentionē nostrā hac ratione: poterimꝰ ad aliā transire. Sed qui nō haberet nisi experientiā non posset hoc obtinere. Et iā dilatatꝰ est. G. in diuisiōe harꝫ duarꝫ rerꝫ nisi: q: demōstratiōes ⁊ sententie date a. G. ⁊ quibusdā medicis veniētibꝰ post eū sunt breues respectu illarꝫ que hic dici possunt: eo ꝙ intenderāt ad loquendum sup naturā medicinarū ex parte saporū ⁊ odorū: ⁊ velocitate cōuertendi ab igne: ⁊ si poneremꝰ oīa hec esse signa erūt propriora naturaruꝫ que tenentur has operationes facere in corpore humano. Sed signa substantialia necesse est vt sint equalia naturis que manifestant super eas: ⁊ tunc poteris ire a nouissimo ad primū: ⁊ a primo ad nouissimuꝫ. Et si non fueris perscrutatus speculationes huius artis per hanc viā ignorabis naturā medicine calide inquātuꝫ absolute calida extitit: ⁊ frigide inquātū frigida: nec etiaꝫ scies naturā medicine calide in eo qđ est calida perfecte: nec frigide in eo quod frigida est. Verbi gratia si cognitio medici in medicina calida nō esset nisi ꝓpterea ꝙ habet saporem acutū aut amarū aut salsum: ⁊ ꝙ natura que habet calefacere facit hoc: tunc est eiꝰ speculatio in hac arte multū diminuta: ꝓpterea q: multe res sunt calide ⁊ non habent saporē amarū ⁊ acutū: sicut carnes passeruꝫ ⁊ columbarū iuuenū ⁊ similiū. Q: cibi ⁊ medicine vniuersaliter sunt terre nascentia: aut aīalia: aut mineralia: ⁊ sapores nō dominant̃ nisi in terre nascentibꝰ aut animalibꝰ. Et nobis necesse est vt istarū rerū arbitriū sit rationale ad affirmandaꝫ naturā medicinarꝫ calidarꝫ frigi. sic. ⁊ humi. ⁊ postea studebimus in rebꝰ que significant has naturas. Ergo primo consideranda sunt signa quibꝰ possumus cognoscere quantitatē harū mensurarꝫ a cōplexionibꝰ medicinarū. Et dicimus ꝙ res quibꝰ possunt sciri sunt res superuenientes vnicuiqꝫ qualitate rei complexionate ꝓpterea q: complexionatū est corpus cōsimile in partibꝰ: ⁊ ista superuenientia sunt differentie que adueniūt a mēsuris mixtionū illarū. Et quedā istarꝫ differentiarū sunt que continēt oīa corpora ꝯsimilia: ⁊ sunt oēs enumerate ī quarto methaurorꝫ quarꝫ quedā sunt que congelant: ⁊ quedā nō ⁊ quedā dissoluūt ⁊ q̄dā nō ⁊ q̄dā sunt lenes ⁊ q̄dā aspere: ⁊ q̄dā sunt que sunt extīsibiles et quedā nō. Et quedaꝫ sunt que sunt ꝓprie quibusdā corporibꝰ cōsimilibꝰ sicut odores: et sapores et colores. Et quedā quibus est dominatio manifesta vnius elementorū per se qn̄ sentiūtur per tactuꝫ calide frigide hu. aut sicce in actu. Sed cum nos perscrutati fuerimus cibos et medicinas: nos temptabimus eos in eo ꝙ sunt partes rei cōposite et hoc est propriū in medicinis ⁊ cibis q̄ sunt partes terre nascētiū et aīaliū. Et q̄daꝫ illarꝫ sunt que iudicant̃ per earꝫ operationes ⁊ loca: ⁊ si sunt partes aīaliū iudicant̃ a regimento illorꝫ aīaliū: ⁊ a specie illorū ciborū: ⁊ generaliter necessa est vti in animalibꝰ comperatis rebus quibꝰ vsi sumus in cognitione complexionis hominis in operatione: regione: ⁊ loco: ⁊ cū dico hic operationeꝫ: intendo operationē aīe: hoc est nutrimentū sensibilitatē ⁊ concupiscibilitatē: ⁊ alias operationes aīe que dicte sunt. Iste sunt vie quibꝰ possumus per hanc artē iudicare: ⁊ ꝗ̄uis non sint fortes sine eis nō possumꝰ esse nec ipsas diminuere. Sed dicendū est de vna quaqꝫ istarꝫ sm̄ ꝙ meliꝰ esse poterit: nec petendū est vltra illud qđ dictū est sicut dicit Aristo. q: nō ē querere a traulo sermocionari: nec a muto loqui ⁊ in hijs nō est aliud nisi vt recipiant̃ a naturali: ⁊ ab eo quod videmꝰ qđ facit natura: q: demōstratio nō habet veracē viā in hac arte.

¶ Capitulum nonum in quo docet cognoscere complexionem ciborū ⁊ medicinarum per generales differentias corporum mixtorum.

Cuſtaralbr. i. capillus veneris: dicit G. ꝙ hic tẽperatus eſt in ſuis virtutib⁹ p̄mis q͡uis habeat multas operationes ſecūdas ⁊ tertias: quaꝝ quedã ſunt cõfortatiue ⁊ repcuſſiue: quedã diſſolutiue: ⁊ quedã faciunt naſci capillos: ⁊ quedã que diſſoluũt ſcrofulas: ⁊ q̃dã que frãgũt lapides: ⁊ quedã q̃ adiuuant ad trahendū ſputū groſſum ex pectore ⁊ pulmone. Et G. dicit ꝙ ſtringit vẽtrẽ: ⁊ noui dicunt ꝙ purgat: ⁊ talis medicina qualis eſt hec que habet tot opationes ſecūdas ⁊ tertias eſt retinenda: q: cu͡z h͡ꝫ tota eſt tẽperata ꝓpterea q̃ adhuc dicã. Chailẽ. i. ſemperuiua: hec eſt multaꝝ ſpecieꝝ: ⁊ oẽs in tertio gradu frigide ſunt q: ſunt inſipide cū multa aquoſitate: ⁊ q: naſcūtur in locis frigidis ⁊ tẽpore frigido. Acacia eſt ſuc⁹ arboris ſpinoſe qn̄ abluit̃ eſt frigida in ſecūdo gradu ⁊ ſicca in tertio: ⁊ cū nõ lauat̃ eſt frigida in primo: ⁊ hoc accidit ꝑ ſuū dominans eſt ſuba terreſtris ⁊ frigida: ⁊ ꝓpterea eſt ſtiptica: ⁊ cū eo toto eſt in ea aliquid ex partib⁹ ſubtilib⁹ q̃ remouent̃ quãdo abluit̃. Carinch. i. vrtica: dicit. G. ꝙ fruct⁹ al'. ſucus hui⁹ plante ⁊ folia calefaciunt calore non forti. Et habet multas opationes ſecūdas ⁊ tertias. Diſſoluit apoſtemata que fiunt in radicib⁹ auriū: adiuuat ſuper ſputū qδ fit ex humorib⁹ groſſis in pectore ⁊ pulmone curat cancrū: ⁊ in ſūma valet omnib⁹ vulnerib⁹ que indigent exiccatione vel exucatione ſiue ſubtiliatiõe. Et hoc eſt magnū ſignū ſup debilitatẽ ſui caloris. Sed cū hoc toto ꝓuocat vrinã: ⁊ mouet coitū: ⁊ hoc ſignificat̃ ꝑ ventoſitatẽ. Et ꝓprietas ſui ſeminis eſt purgare flegma: ⁊ ĩ hac ſimilitudine eſt virt⁹ ſiccitatis: ſed forti⁹ eſt aliquantulu͡z ſemen vrtice: ⁊ doſis ei⁹ eſt a. ʒ. iij. vſq͡z ad quattuor alias a. ʒ. v. vſq͡z ad. x. Et qui opinant̃ ꝙ ſit igneū ꝓpter acumen ſue punctionis errant: q: hec pars ignea que ẽ in ei⁹ folijs eſt ſubtilis ⁊ remouet̃ ꝓpter ipſam fricationẽ: ⁊ maxime ꝓpter lotionẽ. Elbadudar. vel elſaray: iſte due plante ſunt frigide ⁊ ſicce: ſed ſiccitas plus dn̄at q͡z frigiditas ⁊ maxime in elſaray: ⁊ valent ꝯ fluxū ventris propter eaꝝ ſtipticitatẽ: ⁊ ꝯ paſſionẽ vulue: ⁊ ꝯ emoroydas: ⁊ apoſtematib⁹ que fiũt in ano: ⁊ albadurat operat̃ radix ⁊ alſaray fructus. Et radix ligo͡z. i. acorus ꝙ accipit̃ ex hac planta eſt radix: ⁊ eſt ca. ⁊ ſic. in tertio gradu: ꝓpterea q: dn̄ans in ea eſt ſubſtantia ignea ſubtilis: ⁊ põt eſſe ut ſit cū ea admixta pars vna terreſtris aduſta: ⁊ ſignificat h͡ꝫ ꝙ ſapor ſuus eſt acut⁹ cū aliquãtula amaritudine. Opationes ei⁹ ſecunde ſunt hee: q: abſtergit: incidit: ſubtiliat: ⁊ aperit opilationes. Tertie ſunt quia ꝓuocãt vrinã: ⁊ valet ad duriciẽ ſplenis: ⁊ ſubtiliat groſſitiẽ que ꝓuenit in cornea: ⁊ ꝓprie ſuc⁹ radicis. Cauar. i. aloe: caliditas ſua extendit̃ a primo gradu vſq͡z ad ſecūdū: ⁊ attingit paꝝ ex ſecūdo: ⁊ ſic eſt in ſiccitate ⁊ hoc eſt q: eſt compoſitū ex ſubſtãtia terreſtri aduſta mixta cū terreſtri frigida: ⁊ illud diminuit aliquantulū de calore eius: ⁊ ambe ſubſtãtie concordant in ſiccitate: ⁊ ſignificat ꝙ hoc ꝙ ſapor ei⁹ eſt amariſſimus cū ſtipticitate: ⁊ ſupra ſuã caliditatẽ ſignificat ꝙ naſcit̃ in terris calidis: aut in terra arabū vel in india: et ꝙ naſcit̃ in terris nõ calidis eſt debile. Secunde ſue virtutes ſunt q: eſt ſtipticū repcuſſiuū ⁊ abſterſiuū: ⁊ hec eſt medicina iuuatiua ad generandã carne͡z. Tertie virtutes ſunt ad curandas fiſtulas: ⁊ maxime q̃ ſunt in virga ⁊ in ano: ⁊ ad repcutiendū apoſtemata que generant̃ in ore narib⁹ ⁊ oculis: ⁊ purgat colerã et ſubſtantiã ſubtilẽ et groſſam. Et eſt ex medicinis q̃ nullū habẽt periculū: eo ꝙ nõ ledit os ſtomaci ꝓpter ſuã ſtipticitatẽ. Et virt⁹ ſua purgatiua eſt ꝓpinqua virtuti agarici: excepto q: eſt debilioris attractionis: eo ꝙ agaricū attrahit ab extremitatib⁹ corporis. Sed aloe nõ attrahit niſi qδ eſt in extremitate ſtomaci ⁊ venis epat̃: ⁊ in illo h͡z ꝓprietatẽ: ⁊ doſis ei⁹ eſt a. ʒ. i. vſq͡z ad. ij. Eluoxac: calor et ſiccitaſ ipſi⁹ extendit̃ a primo gradu vſq͡z ad ſecūdū: ⁊ ſignificat hoc q: facit aliquãtulã abſterſionẽ: ⁊ mūdificat renes: et aufert lentigine͡z. Et manifeſtior ei⁹ ꝓprietas eſt: q: valet ꝯ morſum canis rabidi. Mauoca. i. carrui al'. ameos: ꝙ plus querit̃ in hoc eſt ſemen cãrui: ſua prima virt⁹ in calore ⁊ ſiccitate eſt in gradu tertio: et hoc eſt q: eſt compoſitū ex ſubſtãtia ignea terreſtri aduſta: et ſignificat hoc q: h͡z ſaporẽ acutū mixtū cū aliquantula amaritudine: ſecūda virt⁹ ei⁹ eſt apertio et diſſolutio: et tertia eſt ꝓuocatio vrine. Amigdale amare ſunt calide et ſicce in ſecunde gradu: excepto eo q: plus declinant ad calorem ⁊ minus ad ſiccitatem: ⁊ in hoc ſunt quaſi in primo gradu: quia earum vnctuoſitas manifeſtat humiditatem. Et ſcias quia complexio que hanc facit operationem que eſt complexio calida habet aliquam terreſtreitatem: et ſapor earū ſignificat ſuper hoc. Et operationes eaꝝ tertie ſunt ad aperiendu͡z opilationes epatis: ⁊ remouẽt dolores q̃ ſunt in ypocõdrijs ſplene ⁊ re-

nib⁹:⁊ adiuuāt sup sputū humoꝝ grossoꝝ viscosoꝝ qui sunt in pectore ⁊ pulmone. Et dico q̄ maior pars opationū haꝝ nō fit ꝓpter supfluū calorē q̄ est in eis: sed fit propter tēperatā apertionē quā operaꝫ in his materijs ꝓpt humiditatē vnctuosaꝫ quā habēt: ⁊ ꝓpterea valēt plus alijs reb⁹ oīb⁹ in apiendo opilationē pectoris ⁊ pulmonis ꝓpterea q: hec mēbra ledunt ut plus ꝓpter grossos humores. ¶ Armoniacū est calidū ⁊ siccū ſm q̄ apparet ex tertijs suis opationib⁹: excepto q: tenet paꝝ caloris ī tertio gradu: ⁊ est siccū in primo. Sed suus calor est in h̄ q̄ est gūmi: q: tu scis q̄ gūmi sunt ingrossata ⁊ inspissata a calore: q: sunt supfluitates terre nascētiū. Et videꝫ in h̄ grad. caloris esse eo q̄ mūdificat: ⁊ sic est grad⁹ suus in siccitate: ꝓpterea q: siccitas est ꝓpter viscositatē suā paucaꝫ q̄ est in eo: ⁊ hoc est in oīb⁹ gūmis. Et v̄tutes sue sunt ut mollificēt ⁊ dissoluāt duriciē q̄ est in iuncturis ⁊ splene ⁊ dissoluāt scrofulas. ¶ Alchamcā ⁊ inueniꝫ in fructu in capis: virt⁹ ei⁹ est sicut virt⁹ sumac: magis desiccat ⁊ plus digerit. ¶ Sbaachileelnecmam: ⁊ dr̄ rosa regis: ⁊ dr̄ calida ⁊ sicca in tertio gra. ei⁹ ꝓprietas est qñ masticaꝫ ut trahat fla: ⁊ sucus suus mundificat caput p̄ nares. Et tertia ei⁹ virt⁹ est ut remoueat ex oculo egritudinē caducur: ⁊ valet morsee: ⁊ ꝓuocat mēstrua: ¶ Anetū calidū est in primo gradu: q̄ in arabico dr̄ scenat: ⁊ attingit parū ex secūdo: et est siccū in principio secūdi ⁊ in fine primi: ⁊ idcirco qñ coquiꝫ cū oleo habꝫ dissoluere ⁊ mitigare dolorē ⁊ maturat apostemata leuia: ⁊ inducit somnū: eo q̄ qñ decoquiꝫ cuꝫ oleo reddit cōplexionē ipsi⁹ ad similitudinē medicinarum maturantiū: nisi q: est aliquātulū magis calidū ⁊ subtile ⁊ hac de cā dissolutiuū est: ⁊ qñ cōburiꝫ est in tertio gradu caloris ⁊ siccitatis: ⁊ ideo valet vulnerib⁹ saniosis: ⁊ plus in illis q̄ fiunt in mēbris spermatis: ⁊ recēs est min⁹ calidū ⁊ plus humiduꝫ: ⁊ ideo istud inducit somnū ⁊ maturat plus sicco ⁊ siccū dissoluit plus: ꝓpterea dixit. G. q̄ q intrabāt ad potationes faciebāt ex eo garlādas. ¶ Camomilla q̄ in arabico dr̄ habonog. calida est ⁊ sicca in primo gra. secūde v̄tutes ipsi⁹ sunt ut apiat ⁊ dissoluat vapores cutis ⁊ maturet: ⁊ hꝫ ꝓprietatē in mitigādo dolorē ventris. ¶ Anisuꝫ calidū est ⁊ siccū in tertio gradu: ideo quia suba ignea sup ipsuꝫ dn̄aꝫ: ⁊ significat sup hoc acuitas sui saporis cū aliquātula dulcedine. Opatōes sue secunde ⁊ tertie sunt ad carminādū ventositatē ⁊ ꝓuocat vrinam et aperit opilationes. ¶ Aristologia. i. zarabūt: nō vtimur nisi radice. Et est q̄dā longa ⁊ q̄dā rotunda: ⁊ rotūda fortior est in incisione q̄ꝫ subtiliatione. Et longa plus valet abstersioni ⁊ generationi carnis: ambe calide ⁊ sicce sunt ī secūdo gradu: q: sunt cōposite ex suba aliquātulū ignea ⁊ terrestri adusta: ⁊ significat hoc amaritudo quā habent cū moderata acuitate. Secūde eaꝝ opationes sunt q: subtiliant mirabiliter humores grossos: ꝓpterea remouēt opilationes q̄ ꝓueniūt ab istis hu. ⁊ extrahūt spinas: ⁊ remouent putrefactionē ⁊ mūdificāt sordiciē: ⁊ faciūt generari bonā carnē: ⁊ iste sunt magis ꝓprie in rotunda. Et tertie opationes sunt abstergētes: ⁊ curant epilenticos ⁊ podagrā ⁊ artericos. ¶ Lingua agni. i. plantago frigida est et sicca in secūdo gradu. Radix ei⁹ min⁹ est frigida ⁊ pl⁹ sic. ⁊ cū siccaꝫ est sicut radix. Et hꝫ duas q̄litates q: cōposita est ex suba aquea ⁊ terrestri: ⁊ significat h̄ insipiditas quā hꝫ cū stipticitate. Secūde ipsi⁹ opationes sunt: q: siccat et repcutit: ⁊ valet ꝯ mala apostemata ⁊ materias putridas ⁊ curat fistulas: tertie ꝓprietates siue opationes sunt ꝯtra vulnera intestinoꝝ ⁊ stringit sanguinē eoꝝ. Et vlcerationes q̄ ꝓueniūt ex disinteria. Et radix ei⁹ ꝯ dolorē dētiū valet ⁊ aperit opilationes epatis et renū: et hoc est q: oīs plante radix calidior est suis folijs: nec illa sunt priuata calore cū videam⁹ q̄ abstergunt et mūdificāt. ¶ Asara bachara: q̄ ex ea valet est radix ⁊ virt⁹ ei⁹ est similis virtuti acori: sed est fortior hoc. ¶ Eldarsiana. i. cortex maligranati siluestris est calidū in primo gradu: ⁊ siccū in secūdo vel tertio: q: cōpositū est ex suba ignea et terrestri: ⁊ propterea est acutū ⁊ stipticū: valet sordicieb⁹: materijs discurrentib⁹ ab vno mēbro ad aliud. ¶ Speragus tēperat⁹ est: aut paꝝ declinans ad caliditatē: ⁊ hoc significat q: habet aliquātulā amaritudinē q̄ elixatione remoueꝫ. Tertie ei⁹ opationes sunt ad apiendū opilationes q̄ sunt in renibus: ⁊ ꝓprie radices ⁊ semen: ⁊ multū valēt ad dolorē dentiū. ¶ Poliū mōtanū q̄ in arabico dr̄ andriazabara hꝫ duas spēs vel plures: ⁊ oēs sunt calide ⁊ sicce: ⁊ ꝓuocant vrinā ⁊ mēstrua: ⁊ dictū est q̄ valent ꝯ morsuꝫ scorpionis qñ bibiꝫ. ʒ. i. cum vino calido. ¶ Scolopendria tēperata est in calore ⁊ siccitate: et manifestuꝫ est q̄ dissoluit duriciē splenis ⁊ aperit opilationes ipsi⁹: sicut bacca lauri in opilatione epatis: ⁊ hꝫ a sua ꝓprietate frāgere lapides. ¶ Alcanti et eā vocant yspani abucexca operaꝫ radix: ⁊ est abstersiua et dissolutiua: ⁊ qñ cōburiꝫ cinis eius magis calefacit: subtiliat et dissoluit: ⁊ ꝓpter hoc curat alopiciaꝫ. ¶ Elcratis al's cartamū. i. semen de papaga: ex eo vtimur semine: ⁊ est ex medicinis manifestis in purgādo flegma sine aliquo timore: ⁊ ei⁹ nobilitas ē quasi sup nobilitate omniū medicinaꝝ purgātiū. Dosis ei⁹ est a. ʒ. io. vsq: ad. i2. ⁊ multū senib⁹ cū ficub⁹ ante cibuꝫ comestū valet. G. dicit in primo de simplici medicina q̄ calefacit et exiccat tēperate: ⁊ in secūdo libro dicit q̄ est calidū in secūdo gradu qñ applicaꝫ hoi p̄ modū empli. ⁊ distinguēdū est: q: in primo dixit de radice: in secundo de semine: et in alio de folio ¶ Absinthiū calidū est in primo gradu: ⁊ sic. in secūdo: q: cōpositū est ex suba terrestri ⁊ frigida ⁊ terrestri ignea adusta: ⁊ significat h̄ stipticitas sua cū amaritudine ⁊ acumine: succus ipsi⁹ ē amarior suis folijs. Et tertie sue virtutes sunt q: hꝫ cōfortare stomacū: ⁊ trahere qđ est in eo amaꝝ p̄ modū purgationis: ⁊ hoc facit p̄ virtutē attractiuā: ⁊ ꝓpter amaritudinē lauatiuā. Et aperit opilationes epatis: ⁊ ꝓuocat vrinā. Et si est flegma in stomacho nō ꝓdest ꝓpter stipticitatē suā. Et habet multas species: sed melior omniū est aromaticū: ⁊ ꝓpter hoc ꝯfortat stomachū ⁊ epar. Et in sūma manifestū est q̄ hꝫ hec medicina ꝓprietatē in stomacho et epate. ¶ Laur⁹ q̄ eo vtimur est sucus ⁊ oleū: et est calidū in primo ⁊ tāgit paꝝ de secūdo: ideo q: est cōpositū ex suba terrestri adusta cū suba terrestri ⁊ frigida: et significat h̄ sapor amar⁹ cū stipticitate: et idcirco q: cōiūcte sūt cū amaritudine aromaticitas ⁊ stipticitas: fit ex suco ipsi⁹ meli⁹ oleū qđ possit esse stomacho frigido et epati: et nos nō dam⁹ ei⁹ sucuꝫ nec grana: q: dr̄ q̄ qñ comediꝫ mouet vomitū et fluxū ¶ Elcunecat. i. balaustia est frigida in secūdo gradu: et tāgit aliq̄d de tertio: ⁊ sine dubio est sic. in tertio. Et dicim⁹ q̄ hoc ē q: eius suba ē frigida: et siccitas in ea est fortior frigiditate. Eius opationes sunt stipticitas et sic. et stringit sanguinē et cōsolidat: ꝓpter h̄ poniꝫ h̄ medicina habētib⁹ fluxū sanguinis: ⁊ hñtib⁹ excoriationē intestinoꝝ: ⁊ mulierib⁹ hñtib⁹ fluxū mēstruoꝝ ⁊ aliaꝝ humiditatū. Et dicit. G. q̄ nullus auctor fuit qui h⁹ medicine nō recordareꝫ. ¶ Babalbeli: ⁊ in arabico dr̄ chicsoni: folia isti⁹ plante et cime et flores et fruct⁹ oīo sunt fri. ⁊ sic. et folia sunt humidiora p̄dictis ꝓpter aquositatē existentē in ipsis: et ꝓpter hoc hꝫ ꝓprietatē ad curandā egritudinē alchole: et similiter alias egritudines oris. Sed fruct⁹ ei⁹ cū est īmatur⁹ frigiditas et siccitas in eo dn̄aꝫ ꝓpter stipticitatē inuentū in ipso: sꝫ qñ dict⁹ fruct⁹ hꝫ completā digestionē: tūc est ꝓpinquus equalitati ꝓpter dulcedinē inuentā in ipso. Et florū virtus existit ipsi⁹ fructus: et oīa p̄dicta cōferunt. ¶ Syaachilie: vtimur folijs et florib⁹ ⁊ fructibus: q̄uis folia sint humida valent multū egritudinib⁹ oris ⁊ vulnerib⁹ intestinoꝝ: et fluxui ventris: et debilitati stomachi: et sputo sanguinis. Sed radix ei⁹ hꝫ subam calidā et subtilem: et frāgit lapidē qui est in renib⁹. ¶ Bdelliū duas hꝫ spēs fortiꝫ mollificat qđ in arabico dr̄ mocle. Ex eo sunt spēs due: vna cicilie et illa est siue bdelliū illud est magnum et alias spēs siue aliud bdelliū inueniꝫ hic: et est arabicum. Virt⁹ illi⁹ prima siue secūda est mollificare ⁊ est fortissima

vir:t⁹ illi⁹ in hoc: ⁊ hoc potes cognoscere p primā suā virtutē. Et alia. s. arabicū est suauior: ⁊ est clari⁹ alio: ⁊ hoc vocat̄ bdelliū arabicū ⁊ est siccior aliis: sed recēs habet v̄tutē Siliani bdelliū arabicū. Et h̄ arabicū frāgit lapides qui fiūt in renib⁹: ⁊ qn̄ bibit̄ ꝓuocat vrinā: ⁊ ꝓuocat ventositates grossas ⁊ crudas: ⁊ valet ꝯ dolores laterꝝ ⁊ ypocondrioꝝ: ⁊ in sūma est ex medicinis q̄ purgāt flema grossuȝ. Et habet ꝓprietatē trahēdi a neruis ⁊ iūcturis: ⁊ ipsum est meli⁹ inter medicinas laxatiuas: ⁊ dosis est eius. ʒ. i. ¶ Elgarzaria ꝙ yspani vocāt panicald: ⁊ in arabico alcbartama: ⁊ alij secucul: ⁊ in latino yringi dicūt̄. G. sentit ꝙ ē cōposit⁹ ex diuersis naturis sicut natura rose: excepto q: nō habet stipticitatē: ⁊ significat hoc q: h̄ȝ insipiditatē cū aliquātula dulcedine ⁊ modico acumine: ⁊ hoc h̄ȝ plus i cortice: ⁊ videt̄ ꝙ sit tēperatū aut parū declinans ad frigiditatē: ⁊ ꝙ est talis cōplexionis est multi iuuamēti: opationes sue sunt repcussiue ⁊ dissolutiue. Sed ei⁹ manifesta ꝓprietas est ut dissoluat apostemata suppositū: ⁊ etiam si suspendat̄ sup ipsum. Et noui medici dicūt ꝙ h̄ȝ hāc proprietatē in omnib⁹ apostematib⁹: ⁊ etiā dicūt ꝙ v̄tūt co in potu aque decoctiōis ei⁹ ipsa ministrat ut defendat ne generet̄ apostema in partib⁹ interiorib⁹. ¶ Balsam⁹ calidus ⁊ sicc⁹ in secūdo gradu: ⁊ oleū suū est multuȝ subtile: nec habet vllū calorē: q ab hominib⁹ credit̄ q vident ꝙ ē subtile penetratiuū. Et virt⁹ ⁊ fruct⁹ isti⁹ est vni⁹ generis: sed min⁹ est subtilis suo oleo. Et illud oleū h̄ȝ multas ꝓprietates ⁊ mirabiles opationes. Sue secūde opationes sunt q: dissoluit oēs egritudines flematicas q̄ dure sunt ⁊ tarde ad dissoluendū: ⁊ eradicat dolores q sunt ex humorib⁹ grossis ⁊ ventosis. Et sue tertie opationes sunt quia frangit lapides: ⁊ mulier īpregnat̄ q̄ defert ipsuȝ super se q̄ nō poterat īpregnari ꝓpter opilationē matricis. Et ei⁹ ꝓprietas est q: est magna tyriaca venenis: ⁊ valet ꝯ opiū bibitū: ⁊ valet ꝯ diamātē bibitū ⁊ ꝯ fungos venenosos: ⁊ ꝯ aquā ferri distillati: ⁊ dosis ei⁹ est a trib⁹ ptib⁹. ʒ. vsq₃ ad vnā. ¶ Iuniper⁹ calid⁹ est ⁊ siccus in tertio gradu: ⁊ ē multū subtilis: q: qd̄ magis dn̄at̄ sup ipsum est substātia ignea: ⁊ post ipsuȝ substātia terrestris adusta: ⁊ aliquātulū substātia terrestris frigida Et significat h̄ sapor quē habet cū forti acumine ⁊ amaritudine et aliquātula stipticitate. Opationes sue secūde sunt ut cōsumat putrefactionē que est in vulnerib⁹ ⁊ apostematib⁹: ꝙ loc⁹ in quo non est putrefactio nō sustinet talē medicinam: sed qn̄ ponit̄ sup putrefactionē ⁊ saniē cū melle mūdificat ipsaȝ. Opationes sue tertie sunt q: habet ꝓuocare vrinā ⁊ prouocat mēstrua forti⁹ alia re donec faciat mingere sanguinē. Et facit aborsum: ⁊ extrahit fetū mortuū: ⁊ ꝓpter suā subtilitatē ⁊ aromaticitatē ponit̄ qn̄q₃ loco eiusdē speciei cinamomi dorsini: ⁊ est etiā cinamomū cū multa dulcedine ⁊ forti acumine: ⁊ debet poni duplū illi⁹ loco dorsini. ¶ Albabac: hec planta habet florē q assimilat̄ rose: ⁊ est fortior rosa babanacb: ⁊ pp̄ h̄ magis dissoluit illa donec liberet durissima apostemata qn̄ miscent̄ cū cera ⁊ oleo. ¶ Ossa vuaꝝ passaꝝ sunt sicca in secūdo gradu: vel accedūt paruȝ ad secūdū: ideo q: cōposita sunt ex substātia terrestri frigida: ⁊ significat h̄ stipticitas: ⁊ h̄ȝ vltimū iuuamē in fluxu ventris. ¶ Alusnc in lingua yspanie dr̄ mulsa. h̄ nascit̄ sup querc⁹ ⁊ nuces: ⁊ est in tertio gradu frigida: ⁊ hoc significat stipticitas quā h̄ȝ: ⁊ cū hoc h̄ȝ virtutē dissoluendi et mollificādi: ⁊ magis valet q̄ inuenit̄ in quercu ꝓpter caliditatē q̄ est in ipsa arbore: eo qd̄ ex supfluitatē ipsi⁹ nutrit̄. ¶ Sagtares videt̄ ꝙ sit calidū in primo gradu: vel accedit paꝝ ad secūdū: idcirco qd̄ cōpositū est ex suba terrestri adusta cū suba terrestri frigida: ⁊ significat hoc stipticitas sua cū amaritudine. Prime opationes sue ⁊ secunde sunt ad subtiliādū: aperiendū ⁊ ꝓuocādū vrinā ⁊ similia Et aliq dicūt ꝙ h̄ȝ v̄tutē purgādi: ⁊ est vltima medicina stomaci ꝓpter stipticitatē suā: ⁊ etiā mūdificat ꝓpter suā amaritudinē: ⁊ talis medicina qualis ē hec: est magis ꝓpria stomacho q̄₃ alia medicina: ⁊ longe pl⁹ qn̄ associat̄ secū aromaticitas sicut in absinthio. ¶ Gētiana ponit̄ hec medicina in gradu tertio caliditat̄ ⁊ sic. ⁊ h̄ manifestat ex fortitudine sue amaritudinis: ⁊ radix ipsius fortissima est ad subtiliandum ⁊ aperiendū opilatiōes. ¶ Memire ponim⁹ ipsam in primo gradu. f. eo ꝙ curat multotiens oculoꝝ rubedines qn̄ nō sunt fortes: ⁊ ei⁹ suba cōposita ē ex suba aquosa ⁊ terrestri: q̄ oīa frigida sunt: excepto q: frigiditas ꝑm. G. nō est fortis: sed est ei⁹ frigidas silis aque paludū. ¶ Alsocēg. i. mentastrū caliduȝ est ⁊ sic. in tertio gradu: ꝓpterea q: dn̄at̄ sup ipsuȝ suba ignea cū substātia terrestri adusta: ⁊ habētis talē cōplexionē: opatōnes sunt manifeste. ¶ Liquire est humida in primo gradu ⁊ excedit paꝝ in calore tēperatā cōplexionē. G. dixit ꝙ assimilat̄ cōplexioni humane: ⁊ significat hoc dulcedo sui saporis cū aliquātula stipticitate: eo q: dulcedo temperatiua significat caliditatē ⁊ humiditatē: ⁊ stipticitas sua detruncat aliqd ex suo calore ⁊ sua humiditate: excepto ꝙ ex humiditate remouet pl⁹: ⁊ lenit asperitatē q̄ est in trachea arteria: ⁊ vesica et alioꝝ mēbroꝝ q̄ recipiūt asperitatē. Tertie opatiōes ipsi⁹ sunt q: puluerizata ⁊ posita sup oculum delet maculā q̄ est in oculo: ⁊ carnē supfluā q̄ est in radicibus vnguiū: ⁊ hoc significat q: radix est calidior suco: et cōplexiones q̄s diximꝰ primo sunt in suco: ⁊ qn̄ radix est ver⁹ est amara: sicut ē illa q̄ nobis apportat̄: generalr̄ suc⁹ ei⁹ humidior ē sua radice. ¶ Peōia. i. rosa asinoꝝ ē radix calida in p̄mo gradu: ⁊ sic. in tertio: q: est cōposita ex suba terrestri frigida ⁊ terrestri adusta: ⁊ suba ignea ⁊ aliquātulū aerea: ⁊ significat hoc: q: qn̄ masticam⁹ ipsaȝ p̄mo sentimus stipticitatē cū dulcedine: ⁊ qn̄ diu masticam⁹ ipsam sentim⁹ acumē cū amaritudine: secūde sue opationes a cōplexione ipsi⁹ sciunt̄: ⁊ tertie sciunt̄ ꝑm ex opilatiōes epatis ⁊ renū: ⁊ hoc accidit ꝓpter acumē ⁊ amaritudinē: sed propter stipticitatē quā h̄ȝ stringit vētrē: ꝓprietas sua testificata est a. G. q: suspēsa ad collū curat epiliā in pueris: sed ab aliquib⁹ dr̄ ꝙ nō sit verꝝ: ⁊ hoc iā exptū ē ⁊ nō sic inuenit̄. ¶ Pastinaca duas h̄ȝ spēs siluestrē ⁊ domesticaȝ siluestris fortior ē domestica in oib⁹: ⁊ in ambab⁹ est virtus calefaciendi ⁊ subtiliādi: ⁊ in radice est virt⁹ q̄ mouet coitū: ⁊ hoc etiā h̄ȝ semē domestice. Sed semē siluestris ē calidi⁹ ⁊ sicci⁹: ⁊ ideo ꝓuocat mēstrua ⁊ vrinā: ⁊ siluestris dr̄ daucus: ⁊ ē caliduȝ ⁊ siccū in tertio gradu. ¶ Aegarelchaar. i. lignū lauri ⁊ fruct⁹ ei⁹ bacha lauri dr̄. Hec arbor cū fructu suo calefacit ⁊ exsiccat multū. Sed cortex arboris ē debilioris caloris ⁊ fortioris amaritudinis: ⁊ h̄ȝ stipticitatē: ⁊ ideo frāgit lapidē ⁊ valet ꝯ passionē frigidā epatis ebibit⁹ cū vino aromatico. Sue radices sunt calide in secūdo gradu ⁊ sicce in tertio. ¶ Almostramesia ē ex spēb⁹ acbasor: ⁊ opationes ipsi⁹ sunt eedē cū opationibus ipsi⁹ ex reb⁹ acbasor siluestris: sed ē subtilior ipso. Et opationes sue tertie est attractio. ¶ Glandes oēs sunt frigide ⁊ sicce: ⁊ hoc cognoscit̄ pp̄ multā stipticitatē quā habēt: sed cortex sue arboris maiorē h̄ȝ stipticitatē: ⁊ in ambab⁹ ē cōiūcta subtilitas cū stipticitate: ⁊ ꝓpterea hec ē vna ex reb⁹ q̄ valet multū mēstruoꝝ ⁊ fluxui sanguis vndecūq₃ ¶ Acarbemi. i. altea sue secūde opatōes sunt q: dissoluūt relaxāt et mitigāt dolorē ⁊ maturāt apostemata dura. Et radix et semina faciūt qd̄ faciūt folia et flos donec ē recēs: sed maiorem habet subtilitatē ⁊ minorē siccitatem radicibus ⁊ seminibus: et sic debet esse in omnibus seminibus terre nascentiū: et idcirco maiorem habēt abstersionez: ita ꝙ curat morpheā: et semē frāgit lapides q fiūt in renib⁹: ⁊ tū in radicib⁹ est virt⁹ stiptica: ⁊ ꝓpterea valet aq̄ decoctionis eius excoriationi intestinoꝝ ex disinteria: ⁊ sputo sanguis: ego pono folia ⁊ flores calidos et siccos in p̄mo gradu et radicē in p̄cipio secūdi. ¶ Algabit. i. oleuȝ qd̄ trahitur ex oliuis maturis ⁊ nō salitis: et quaꝝ complexiones non sunt artificialiter mutate assimilantur complexioni humane: et iam rememorauimus hoc in cibis. Sed oleum factū ex oliuis non maturis habet aliquam stipticitatē ⁊ retinet ex frigiditate ꝑm ꝙ h̄ȝ ex stipticitate

Et oleū vetus est calidius ⁊ subtiliꝰ tēperato: ⁊ ꝓpter hoc
maiorē habet vtutē dissoluendi ⁊ mitigādi dolorē. Sed
alia q̄ olea trahūt ab alijs medicinis tenēt nām illaꝝ me-
dicinaꝝ sicut oleū de lilio: ⁊ oleū sisaminū: ⁊ oleū amigda-
laꝝ: ⁊ oleū nucū: ⁊ oleū lauri: ⁊ oleū de cimino: ⁊ oleum de
sinapi: ⁊ oleū de mirtillis ⁊ stipticū: ⁊ oleū de mastice: et
oleū de oliuis ponit loco olei de lilio: ⁊ ecōtra: ⁊ oleū de
mirtillis est frigidū ⁊ stipticū: ⁊ oleū sisaminū est calidū ⁊
humidū: eodē modo ⁊ oleū amigdalaꝝ dulciū. Sed hoc
tēperatiꝰ est in calore: aut ꝙ habet calorē cum humiditate
mixta cū aliquātula stipticitate: ⁊ ideo habet humectare si
ue calefacere ⁊ mollificare: ⁊ in hoc excedit oleū sisaminū: ⁊
de squināto: ⁊ oleū de mastice. Et oleū granoꝝ viridiū ē
cōpositū vtutibꝰ stipticis ⁊ dissolutiuis: ⁊ ꝓpterea ꝓdest
stomaco ⁊ epati plus oī alia re. Sed ista olea fiunt in ba-
bilonia. Sed in nr̄is terris nō trahunt ex istis rebꝰ pro-
prie. Sed. G. dicit in libro suo ꝙ cōsuetū ē trahere oleū
mirte ⁊ oleū masticinū: ⁊ oleū squinanti ex seipsis: ⁊ boni-
tas istoꝝ excedit multū bonitatē factorū cū oleo oliuaꝝ in
opationibꝰ ⁊ vtutibus. Sed olea q̄ cōsueta sunt fieri cū
oleo oliuaꝝ dulciū quibꝰ assuescunt antiqui ⁊ moderni:
sunt sicut oleū ro. ⁊ oleū citonioꝝ: ⁊ oleū lilioꝝ: ⁊ oleū viol'
⁊ oleū nenufarinū ⁊ de alchri. Et vtutes eoꝝ oleoꝝ sunt
manifeste ex vtutibꝰ ipsaꝝ medicinaꝝ. Et scire debes ꝙ
oleū oliue cum quo facimꝰ dicta olea debet esse absq3 alia
mala qualitate. Sed coꝝ virtꝰ que trahit cū oleo oliue
nulla sunt vtuosiora nr̄is. Oleū in quo infundūt predi-
cte medicine debet esse suaue ut nō manifestet aliqua for-
tis qualitas dn̄ans in ipso: ⁊ talis est rō medicine: q2 de-
bet esse patiens ⁊ nō agens: exceptis duobꝰ modis: vnus
est qn̄ intentio nr̄a est ut fortificemꝰ opationē illiꝰ medici-
ne cū qua miscet: priꝰ accipiemꝰ oleū in quo dominet qua-
litas similis qualitati medicine: secundꝰ est qn̄ intendimꝰ
facere ꝯriū illiꝰ medicine: hoc est qn̄ volumꝰ facere frange-
re ex illis vtutem. Verbi gr̄a qn̄ volumꝰ ꝙ oleū ro. dissol
uat nos ponimꝰ oleū vetus: ⁊ qn̄ volumꝰ minuere ex ea
ponimꝰ imaturū: ⁊ quādo volumꝰ ut assimilet vtuti rosa
rū infundimꝰ rosas in oleū dulce ⁊ suaue. ¶ Alsaran. i.
emula. ponimꝰ ipsam in secūdo gra. ca. ⁊ sic. ⁊ manifestat
hoc quia ponimꝰ ipsam in loco hꝰ ꝙ confert flati grosso ⁊
viscoso in pectore ⁊ pulmone: ⁊ h̄ facit sua siccitate: opatio
nes sue secūde sunt: q2 rubificat ⁊ membra in liuiditate a
frigore. ¶ Barbacꝰ. i. ell's habet duas spēs: albū videli-
cet ⁊ nigrū: ⁊ ambo sunt calidi ⁊ sic. in tertio grado: secūda
coꝝ virtꝰ est abstersiua: ⁊ ideo valet ꝯ scabiē: ignē sacrū et
similia: ⁊ nō est tutū vti eo bibito vel comesto: q2 est ex ge
nere venenoꝝ. Sed antiqui vtebant nigro ad euacuan-
dā melancoliā. Sed est fortiꝰ in ledendo epar ⁊ pulmonē
sed noui ponunt loco eiꝰ lapidē lazuli. Sed q̄uis epiti-
mus laudet in euacuando melancoliā nō tn̄ h3 tantā vir-
tutē. Et adamas habet similē vtutē purgādi cū eleboro.
excepto q2 est fortioris attractionis: eo quia est calidus la
pis: ⁊ ꝓpter siccitatē que est in eo: ⁊ lapis lazuli suauior ē
eo al'. securior. ¶ Eua. i. rubea tinctoꝝ calida est in secundo
⁊ sicca in tertio gradu: ideo q2 est cōposita ex substātia terre
stri adusta ⁊ substātia terrestri frigida: ⁊ significat hoc sua
amaritudo cū ponticitate. Opationes sue secunde ⁊ tertie
habent aperire opilationem splenis ⁊ epatis ⁊ ꝓuocare
vrinam ⁊ sanguinē menstruū: ⁊ poīe est ut faciat mingere
sanguinē: ⁊ abstergit tēperate: ⁊ ideo valet tinee quando
distēperat cū acetoꝝ supponit: ⁊ quidā dant bibere sciati
cis cū ydromelle. ¶ Olibarda. i. eupatoriū valde manife-
sta est in fortificādo vtutē epatis: ⁊ apiendo opilationes
eius: q2 cōposita est ex suba stiptica ⁊ amara: ⁊ ideo debe-
mus ponere eā in primo gradu: q2 amaritudo est manife
stior in ea stipticitate sua ¶ Zinziber ca. est in tertio gradu
uel multa stipticitate uel humiditate: ⁊ ideo tardat in cale
faciēdo corpꝰ: ꝙ nō facit piper: q2 calefactio zinziberis est
a calore corporis: ⁊ ꝑmutatio piperis ab eodē est sicut per
mutatio lignoꝝ viridiū ⁊ siccoꝝ ab igne. Et piper longū
est sil'e zinziberi: ⁊ ꝓpterea debet poni zinziber in primo
gradu humiditatis. ¶ Et pitimꝰ est ca. sic. in tertio gradu ⁊
est laudabilis ut dictū est in euacuando melancoliā: ⁊ do-
sis eiꝰ est a. 3. 2. vsq3 ad. 3. ⁊ in decoctionibꝰ a. 5. vsq3 ad. 7
⁊ indiget refrenātibꝰ: q2 ꝯtristat ꝓpter suā siccitatē: ⁊ ideo
nenufar est vltimū suū frenū: eo ꝙ propt̄ aromaticitatem
suā remouet ipsiꝰ maliciā: ⁊ propt̄ humiditatē suā remo-
uet ipsiꝰ siccitatē: excepto q2 cū hoc diminuit suū calorem.
Et medicina nō indiget refrenatōe ab oībꝰ suis qualitati
bus uel partibꝰ nisi a parte qua purgat hoc a calore: aut a
ꝑte sue euomationis. Et si refrenaret epitimꝰ cū pomis
hoc plus acceptaret in fabricātibꝰ: ⁊ similiter pōt refrena-
ri cū amigdalis: vel cū semine melonis. ¶ Menta cali-
da est ⁊ sicca in secūdo gradu: ⁊ attingit ex tertio: ⁊ h3 ama
ritudinē cū stipticitate: cōfortat stomachū ⁊ mouet coitū.
Nama. i. menta: hec herba est ortiua: ⁊ ꝓpter hoc h3 sup-
fluā humiditatē: ⁊ ꝓpter hoc ꝓuocat coitū: ⁊ ipsa est res
q̄ associat rebꝰ nō bn̄ digestiuis: ⁊ sapor ipsiꝰ amarꝰ ē cū sti
pticitate: ⁊ ex hoc apparet ꝙ minorē habet caliditatē ꝺlia
chacos: ⁊ ꝓpterea ipsam ponimꝰ in caliditate ⁊ siccitate in
secūdo extendētē se vsq3 ad tertiū. ¶ Capsia est gūma ru-
te siluestris: s̄m quosdā medicos: virtꝰ eiꝰ est acute virtutis
⁊ calefacit caliditate forti: ⁊ ꝓpter hoc est in tertio gradu
caliditatis ⁊ humida in primo. Et significat eiꝰ humidi-
tas ex hoc quia cito corrūpit ⁊ nō recipit passionē a corpe
nisi post aliquantulū horā quēadmodū facit. 33. ⁊ ꝓprie-
tas eiꝰ est attractio ex ꝓfundo corporis: ⁊ resolui ꝙ ab ipsa
trahit. ¶ Tormos. i. lupini: qn̄ elixant in aqua tādiu ꝙ
ipsoꝝ remoueat amaritudo est medicina nutritiua: ⁊ qn̄
sunt amari faciunt ꝙ cōsueuerunt facere medicine amare
ex abstersione et exsiccatione ⁊ resolutione ⁊ ex aptione opi
lationū epatis et splenis: et ꝓuocatione mēstruoꝝ: ⁊ in-
terfectione lūbricoꝝ: ⁊ in extractiōe fetus ⁊ remouēt mor-
feam: ⁊ purgant colerā: et remouent offuscationes mēbro
rū: ⁊ dissoluūt scrofulas: ⁊ ꝓpter hoc ponimꝰ ipsos in cali
ditate ⁊ siccitate in principio tertij gradꝰ: uel in fine secū-
di. ¶ Lactuca dicit. G. ꝙ sua frigiditas est similis frigi-
ditati riuuloꝝ: ⁊ significat hoc q2 nō curat fortā erisipilam
sed curat debilē: ideo debemꝰ ipsam ponere frigidā in pri
mo vel in principio secūdi gradꝰ ⁊ vsus sui seminis con
sumit sperma. ¶ Alasce: q̄d quidā vocāt corruthba. calefa-
cit ⁊ desiccat in tertio gradu: ⁊ operationes eiꝰ prouocant
mēstrua ⁊ vrinā: ⁊ extrahūt fetꝰ a corpore: ⁊ aperiunt opi-
lationes: ⁊ mūdificant pectꝰ ⁊ pulmonē. ¶ Dele. i. viscꝰ
operationes eedē sunt cū capsia in opationibꝰ primis ⁊ se
cundis: ⁊ est calidissimꝰ cū superflua humiditate: ⁊ extra-
hit a ꝓfunditate corporis: et hoc agit cū multa tarditate ꝓ
pter superfluā humiditatē in ipso existentē. ¶ Viola fri-
gida est ⁊ humida: ⁊ idcirco debet poni in secundo gradu:
iuuamenta sua manifesta sunt apud vulgares. ¶ Cera-
palcati. i. cauda equina: et in latino dr̄ centinodia: virtus
ipsiꝰ est stiptica cū amaritudine: et ideo desiccat in vltimo
absq3 ꝑforatione: et ꝓpter hoc sigillat vulnera magna: et
ꝯfert vlceribꝰ intestinoꝝ ac sputo sanguinis: et fluxui mē
struoꝝ: et maxime illa q̄ est rubea et tenasmoni: et dicunt
aliq hoīes ꝙ curauerūt cū ea vlcera vesice ¶ Caliraf. huiꝰ
vegetabil' flores et folia desiccant desiccatione forti absq3
mordicatione: ⁊ est manifeste plurimi indumenti qn̄ si-
gillat vulnera. Et qn̄ adurit cortex istiꝰ arboris cinis eiꝰ
desiccat desiccationē vehementi: et propter hoc cōfert por-
ris seu verrucis: et maxime habentibꝰ capā clauoꝝ qui fi-
xi sunt in cute q2 qn̄ recipit cinis eiꝰ et misceat cū forti ace
to et supponit eis erradicat eos. ¶ Et gūma istiꝰ arboris
remouet oīa q̄ sunt uel fiūt supra pupillā oculi vnde ob-
scurat visus: eo q2 ista gūma subtiliat ⁊ mūdificat. Indicū
quo tingit multū desiccat sine subtilitate q2 amarū est et
stipticū: et est duaꝝ manerieꝝ. s. siluestra et domesticū: et
siluestre est fortiꝰ domestico. Opationes sue sunt ut cōso-
lidet vulnera q̄ sunt in duris membris: et etiā si sunt in
extremitatibꝰ musculoꝝ: et abscindit fluxum sanguinis:

⁊ valet multū vulneribꝰ fistulatis: sꝫ silueſtre ē fortiꝰ in vulneribus putridis ꝓpter fortitudinez sue desic catiōnis: ⁊ domesticū ē vtilius in apostematibꝰ domesticis vel in medela apostematū qꝛ vlcerat ea: ⁊ silueſtre valet multū cōtra opilationez splenis: ideo debemꝰ ipsū ponere calidū in secūdo ⁊ siccuz in tertio: ⁊ domesticū calidum in primo ⁊ siccuz in tertio. ¶ Pulegiū riuuloꝝ ca. est et sic. in tertio gradu: qꝛ ē cōpositū ex substātia ignea cū aliq̄ntula pte terestri adusta: et significat hoc attinere ipsiꝰ cū aliquātula amaritudine. ¶ Operatōes ipsiꝰ scōe sūt dissolutiue: subtiliatiue: et desiccatiue. Tertie ad ꝓuocandū vrinaz et dicitū ē ꝙ valet multū leprosis: et morsis ab aīalibus venenosis: et maxie quādo supponit: et occidit vermes qui nascunt in auriculis: et montanū fortiꝰ ēt plus valet. ¶ Cānella vel cinamomū. i. Recapal dereca ca. ē et sic. in scdo gra. et in siccitate plus extēditur. et hoc ē quia cōpositū ē ex substātia terrestri cū substātia aerea equaliter: ⁊ hoc testificat. G. et cum hoc hꝫ substātiā subtilē igneā a qua habet suam aromaticitatē: ⁊ stipticitas sua cū modico acumie significat terrestrē substātiā. ¶ Et cānellositas sua significat substātiā aereā sup ipsā dominātē: ⁊ hoc scit ꝓpt naturā cānaꝝ. Juuamēta sua manifesta sūt in stōaco ⁊ epē: qꝛ illa est ex medicis in quibꝰ inueniūtur arōaticitas: ⁊ stipticitas ⁊ acumē ⁊ ꝙ hꝫ taz nobilez complexionez roborat oīa mēbra. ¶ Et dicit. G. ꝙ pars subtilior que est in eo ē minor alijs ⁊ dasēi ē fortior ī iuuamēto. Capparis calidꝰ est in scdo et sic. i tertio. qꝛ cōpositꝰ ē ex substātia terrestri ⁊ frigida ⁊ terrestri adusta. ignea ⁊ subtili. ⁊ significat hoc amaritudo dominās. ⁊ post hoc hꝫ ꝓprietatē cōtra vicia splenis: ꝓpterea qꝛ illud qḋ facit exire cū stercore ē sāguineum ⁊ tūc remouet dolorē splēis. Et hoc idez facit in alijs hūoribus grossis qꝛ educit eos ꝑ vrinā. ⁊ ꝓuocat menstrua. ⁊ attrahit flema ex capite quādo masticat. ⁊ valet cōtra sciaticū dolorē. ⁊ cōtra dolorē dentiū quādo masticat. Alcharf. i. nasturtiū est ca. ⁊ sic. i quarto gradu. ⁊ virtꝰ sua ē similis sinapis virtuti. ⁊ ē medicina q̄ daṫ loco cibi. Cardamomuz calidū est ⁊ sic. in tertio gradu. ⁊ nō ē mihi necesse manifestare opationes ipsiꝰ. qꝛ hꝫ similē cōplexionē nec scdas nec tertias. Sed cōueniēs ē mihi dicere ꝓprietats eoꝝ manifestiores. ⁊ hoc debuissemꝰ fecisse ab ipso principio. ¶ Sꝫ ē accomodatio iuuamēti in hijs que dicta sūt. et ē in hoc fructu cū amaritudine aliquātulū caloris. ¶ Carui in caliditate ⁊ sic. ē i tertio gradu. ⁊ ꝓpter hoc expellit vētositates ⁊ ꝓuocat vrinā. ⁊ nō solū semē sꝫ totū. ¶ Calicha. i. cassia lignea ca. ē ⁊ sic. in tertio gradu. qꝛ cōposita ē ex pauca substātia terrestri. ⁊ substātia ignea ⁊ calida ē dn̄ans. ⁊ significat hoc acumen ꝙ hꝫ cū aliquātula stipticitate. ⁊ ē ex bonis speciebꝰ aromaticis. ⁊ idcirco cōfortat mēbra principalia. ⁊ exopilat opilationes epatis. ⁊ prouocat mēstrua. ⁊ hꝫ alias opatōes quas debet facere talis cōplexio. ¶ Arbor nucū ē frigida ⁊ sicca in secūdo gra. ⁊ folia ⁊ rami habēt aliq̄ntꝫ stipticitatē. ideo ꝓpter stipticitatē sue cōplexionis profundaṫ ꝑs eiꝰ subtilis in substātia stiptica que ē in ipsa. ⁊ ideo facit ꝙ possēt facere que essent maioris stipticitatis ipsa. ⁊ ideo decoctio eius bona medicina ē in vulue apostemate. et de fructu ipsius iā rememorati fuimꝰ alibi. ¶ Tubebe sūt substantie ignee et terrestris et cū hoc sūt aromatice. Et tu scis opatōes quas faciūt tales medicine. ¶ Pinee calide sūt et sic. in tertio gradu. ⁊ gūmi ꝓpinquū in quarto iua secūda virtus ē putrefacere carnē mollēique faciēdo. Et ꝓpterea sūt in primo gradu. medicinarū putrefactiuaꝝ: et ꝑpea cōseruāt carnē mortuoꝝ a putrefactione ꝓpter suā desiccationē: ⁊ alias eoꝝ corrūpunt ꝓpter virtutes suaꝝ naturaꝝ nō ꝑꝑ hūiditatem supfluā: ⁊ nō cōseruant nisi dura mēbra. ¶ Et sūt optima medicia in aere pestilētiali: ⁊ fortissima medicina ad resistendū impgnatione: ⁊ quādo mulier stat super se et quādo iniungit virga ex eis faciūt aborsū: et occidūt vermes q sūt ī vētre ⁊ serpētes deglutitos: et si supponātur vētri doloroso ꝓpter corrosionē in cōtinēti dolor mitigat. ¶ Et pinguedo q̄ generat in alchiterra idest ꝑs vnctuosa q̄ adunat in musa que est ei supra in principio decoctōis subtilis: et cū ē cocta efficit spissa: et illa apit vulnera ⁊ discopit neruos. Sed illḋ quod ē liq̄dū possibile ē vt curat vulnera: ⁊ hꝫ similē virtutē picis ⁊ curat scabiē. Centaurea hꝫ duas spēs maiorē ⁊ minorē: ⁊ ābe habēt vnā cōplexionē: et maior hꝫ saporē acutū cū stipticitate et aliquantula dulcedine. Et non debemꝰ vti ea nisi radice: ⁊ de minori vtimur folijs et stipite: et ideo posita ē ex sba terrestri adusta ⁊ frigida: et apit opilōnes et icidit humores grossos: ⁊ cū hoc hꝫ virtutē purgādi eos: et iō clisterizātur cuz ea sciatici et podagrici: et abstrahit hūores colicos et grossos aliquādo tātū purgat vt trahat sāguinolētos hu. ⁊ tūc fortiꝰ prodest ⁊ ꝓuocat menstrua fortiter ⁊ abortire facit: et cū hoc hꝫ virtutē cōsolidatiuā vulnerū ꝓpter suā stipticitatez. ¶ Gūmi cerasoꝝ hꝫ ꝓprietatē frāgēdi: et pōt esse hoc ideo qꝛ ē gūmi: qꝛ dn̄ans sup cōplexionē gūmi ē calor q̄zuis q̄dā sūt q̄ nō sūt talia nisi cūpatōe ad corꝰ hūanuz sicut gūmi ꝙ nomīat karabe. ¶ Castoron. i. betonica. cōplexio ilꝰ ē ca. ⁊. fri. et hoc attestat sapor: qꝛ in ipsa ē amaritudo cū acuitate: ⁊ iō icidit hu. grossos ⁊ abstergit lapidē q generat in renibꝰ: et mūdificat pulmonē et pectꝰ et apit opilatiōes epatis: et ꝓuocat mēstrua et cōfert epilēticis et sciaticis: et quādo ponit super morsū animaliū venenosoꝝ cōfert: et valet sciaticis ēt quādo bibit: et eructuationi acetose: et ꝓpterea ponimꝰ ipsā in gra. tertio ca. ⁊ s. ¶ Mafas. i. galla. et acerbe sunt frigide in scdo gradu et sic. in tertio. galla ē frigida in primo et sic. in tertio. et significat hoc stipticitas que ē in ea cū modica ponticitate: et est repcussiua: et quādo cōburit est acutior et siccior et subtilior. et necesse quādo vis sedare sanguinis fluxū assare ipsā et postmodū extinguere ipsā in aceto: aut fortissimo vino. Almū. i. cera citrina ē tēperata inter quattuor qualitates: et qꝛ pōt applicari carni posuerūt ipsā medici materiā oībus cathatibꝰ et vnctionibꝰ calidis et frigidis: sicut sūt illi qui noīant cerotum: hāc cerā citrinā quassatā vel malassatā in aqua. G. laudauit in egritudinibꝰ acutis et nominat cera lota. ¶ Et cera hꝫ virtutē maturatiuā ꝑ moduz opilationis et nō ē ex medicinis quas ponimꝰ in corpore: ⁊ hꝫ aliquātulā virtutē dissolutiuā quā acquisiuit a melle: et quādo remouet citrinitas que est in ea tūc ē ꝓpe materia et cera pura. ¶ Malberca. i. cataputia eius grana habēt virtutē purgādi: et cū hoc habēt virtutem abstersiuā et dissolutiuā: et ideo ē ca. in scdo gradu et ponit in genere calidaꝝ et siccarum. Darseni. i. cannela subtilis dulcis aromatica ca. ē ⁊ sic. in tertio gradu et ē supiū in omnibꝰ medicis aromaticis que resistūt putrefactioni: nec hꝫ parē in hijs opatōibꝰ. Alteradit. i. barbā hircina ē frigida in tertio gradu et sic. in secūdo: qꝛ dominās in ea ē substantia terrestris stiptica. et radix eius fortior ē folijs et cōsolidat vulnera et valet sordidis vulneribꝰ ꝓpter suā desiccationē: et ad intestinoꝝ vlcerationē et fistulis: Et in summa facit quod faciūt medicine multe stipticitatis: et cōfert debilitati stomaci et soloni vētris et vlcerationibꝰ intestioꝝ: et fluxui mestruoꝝ. Laudanū ē calidū in primo gradu et tāgit ex secūdo: et aliquātulaz habet stipticitatē ⁊ ē subtilis substātie cū acumine: dissoluit et maturat et valet passionibꝰ matricis: ideo qꝛ hꝫ cū hijs virtutibꝰ virtutē stipticitatis: propterea valet

ad pmanentiā capilloꝝ:eo ꝙ consumit hūiditatē ex
traneā que ē in eoꝝ radicib⁹:et stringit sua stipticita
te poros in quib⁹ oriūtur capilli. Sed nō est sufficiēs
in obuiatiōe alopicie.id circo q₂ illa indiget medici
nis magis dissolutiuis q₂ generaṫ ex hūorib⁹ grossis
ꝛ viscosis. ¶ Aliblep.i.mercurialis ca.ē et sicca in p̄
mo gradu:et ē cōposita ex substātijs cōtrarijs:hoc est
stiptica:acuta ꝛ cōtrarij aquea:inest ei quādo ē recēs
vt leuiter purget:ita ꝙ ē in principio primi grad⁹.in
medicinis purgatiuis:ꝛ ideo daṫ in pricipio fe. ante
digestionē:sicut danṫ cassiaf⁹ ꝛ tamaridi ꝛ hijs simi
lia.Et qui biberit ex succo mediā librā purgat colerā
grossā ꝛ flema:ꝛ si coquaṫ in vino quādo recēs ē con
solidat magna vulnera ꝛ sanat vlceratione factā ab
adustione ignis.Et si folia ipsi⁹ coquātur in aceto va
let multū passioni splenis:et flos su⁹ valet in hoc pl⁹
et ex succo suo fit caputpurgiū:ꝛ tūc valet multū ma
terijs discurrētib⁹ ātiqs ad aures ad nares.Haāthal.
i.colloquītida:coloquintida ē ex medicinis fortibus
in purgādo flema:ꝛ est in fine grad⁹ medicinaꝝ pur
gātiuū:q₂ attrahit a pfūditate corporis ita ꝙ inducit
eradicationē intestinoꝝ.ppterea necesse ē refrenare
ipsā multū cū oragagāto ꝛ amigdō:ꝛ filticis sūt sufficiē
tes p hijs duobus.ꝛ dosis ei⁹ ē a.ʒ.vnius vsque ad
vnū karatē.Halsemec ē gūma q̄ fortiter stringit:ꝛ p
pter hoc intrat in medicinis eradicātib⁹ intestina et
pprie quādo nō h₃ equalitatē acutā:ꝛ facit q̄admo
dū kecabre ꝛ gūmi arabicū.Cusbera idest coriādruz
Coriandrū calidum ē in primo gradu:ꝛ ē cōpositum
ex substātijs ꝯrijs:hoc est ex sba amara ꝛ sba aq̄a ꝛ sti
ptica:ꝛ scd₃ hoc facit diuersas operatiōes:hoc ē quia
quādo catbatur erispila cū farina ordei curat ipsā.et
quādo misceṫ cū farina fabe dissoluit scrofula.ꝛ dici
tur ꝙ h₃ pprietatē ad retinēdū cibū i stomaco donec
fuerit digest⁹ ꝛ aromatizat carnes cū quib⁹ coquitur.
ꝛ si homo biberit ex ei⁹ suco mediā librā i nouilunio
esset mortu⁹.Costū calidum est et siccū in secūdo gra
du ꝛ est cōpositū ex substantia terrestri adusta ꝛ ignea
et significat hoc magna amaritudo ei⁹ cū acumie.Et
operatio sue cōplexionis ē rubificare mēbra quib⁹ su
perponiṫ:q₂ trahit sāguinē ad cutē ꝛ puocat vrinā ꝛ
sanguinē mēstruū ꝛ occidit vermes et curat vrinā.
¶ Alcosan.idest liliū albū. Liliū albū calidū ē ꝛ sic
cū in secūdo gradu.ꝛ hoc dicim⁹ q₂ ē amaꝝ.ꝛ habet
aquositatē tēperatā.ꝛ ideo oleū ipsius ē absq₃ aliqua
mordicatione.ꝛ ē supp̄mū omnib⁹ reb⁹ q̄ dissoluunt
res in matrice.ꝛ folia sua cocta et posita sup carnem
cōbustā.ꝛ ab igne cū aqua feruēti cū oleo rosato mix
ta incōtinēti liberat.Et radix est fortior folijs.et pro
pterea puocat mēstrua ꝛ mollificat duriciē omnium
mēbroꝝ ꝛ pprie matricis.Croc⁹ calid⁹ ē in secundo
gradu et sicc⁹ in p̄mo.ē digts ꝛ cōforts cordis.ꝛ h₃
substātiā calidā stipticā et stipticitas sua ē ex rebus
que adiuuāt ad digestionē quā facit:eo quod pter il
lā moraṫ in poris et stat in illis.¶ Halbasal idest ce
pe ē calidū in quarto gradu:ꝛ habet grossā substātiā
et ideo quādo poniṫ in ano apit orificia venarū.et p
uocat sāguinē emoroidalē ꝛ mēstruū.ꝛ sucus ei⁹ valet
aque que defluit ad oculū.sed obscurat oculos quan
do sūt impediti ab hūorib⁹ grossis.ꝛ habet humidi
tatē supfluā pter quā mouet coitū.Halcedef.frigi
dus in primo gradu est vel tēperat⁹.eo q₂ stipticitas
in suo sapore ē sed in ipso non ē aliquid caliditatis vel
stipticitatis nisi modicū.tn̄ in ei⁹ operatōne inueniṫ
multi iuuamēti.eo q₂ caliditas existēs in eo facit pro
fundare stipticitatē in pfundo corporis absq₃ amari
tudine vel mordicatione.et ob hoc ei⁹ operationes.
sūt ad remouēdū ea que retēta sūt in profūdo corpo
ris egritudinū putridaꝝ ꝛ eradicāt ea omnino absq₃
impedimēto.¶ Et est in fine tutū a nocumentis.eo
quia natura calidarū medicinaꝝ ꝛ siccarū q̄uis ha
beant naturā remouēdi. Attrahūt tamē ad locū ali
os hūores.Et ppter hoc hec res cōfert omnib⁹ ma
culis ꝛ vestigijs carnis.et caliditas que est in ipso ē
lator virtutis stiptice. ¶ Scoadi idest ciperi.id qd
operaṫ ex hac herba est ei⁹ radix ꝛ ponim⁹ ipsā in cali
ditate et siccitate in secūdo gradu.eo q₂ in suo sapo
re nō inueniṫ acuitas nisi modicū stipticitatis.Et e
ius operationes secūde sūt q₂ cōfert mirabiliter vul
nerib⁹ difficilis cōsolidatōis causa multarū:humidi
tatum:ꝛ etiam cōferūt vlcerib⁹ oris ꝛ frāgunt lapi
des:et prouocāt vrinā ꝛ mēstrua. Alchāna:que ope
rātur ex ista sunt folia ꝛ rami:et virtus eius cōposita
est ex substātia frigida et calida:et ppter hoc desic
cat absq₃ mordicatione:ꝛ cōfert vlcerib⁹ que veni
unt in ore ex genere alchole:et valet etiā alchole:et
decoctio illi⁹ valet adustioni ꝛ etiā apostematibus.
ardētib⁹. ¶ Elsoc.i.iusquiam⁹ manifestū est ꝙ et mlṫ
te humiditatis.Magdeene.i.catapucia.Ipsius gra
na purgāt colerā quādo digluttiūtur a decem vsq₃ ad
qndecim:ꝛ qui habēt ventrē fortē masticēt ista grana
ꝛ qui habēt debilē diglutiāt integra. ¶ Acetosa:vir
tus ipsius ē cōposita:eo q₂ semē ei⁹ h₃ stipticitatē cū
acetositate:ꝛ ppter hoc valet cōtra fluxū ventris cū
vlceratione intestinoꝝ. ¶ Alzurā est in quarto gra
du caliditatis:odor eius:ꝛ sapor ꝛ virt⁹.assimilātur
odori nasturcij:ꝛ suo sapori:excepto q₂ est maioris d
siccatōis nasturtio. ¶ Alcheiri.i.viola de romania:
sūt enim in secūdo gradu caliditatis:ꝛ hoc significatur
ex amaritudine sui saporis:ꝛ extrahūt serinā:ꝛ faciūt
aborsum:ꝛ semē eius est forti⁹ flore:ꝛ apiunt opilatio
nes cerebri quādo odorātur:ꝛ propter hoc quādo su
spēdunṫ ad colla epilēticoꝝ liberātur. ¶ Halausam
id est liciū:hoc est cōpositū ex substātia grossa ꝛ reso
lutina ꝛ pertinet siccitati ꝛ est ex medicinis appropri
atis oculis ꝛ auribus:et habet multas operationes
fm modū medicinaꝝ que sūt illius complexionis.
Lauscemacariū:hoc est manifestū nobis.eius pro
prietas est sanguinē stringere vndecunq₃ exeat:ꝛ ē cō
plexionis frigide ꝛ sicce:et oriṫ in ripis fluminū val
de currētiū. ¶ Thus calidū est in secūdo gradu ꝛ sic
cū in primo:q₂ h₃ amaritudinē cū stipticitate:ꝛ fa
cit nasci carnē in corporibus humidis:Et h₃ aliq̄
tulā virtutē maturatiuā:ꝫ cortex ipsius h₃ manife
stiorē stipticitatatē ita ꝙ ponitur in quarto gradu in
medicinis exicatiuis:nec h₃ supfluum calorem. vel
acumen:ideo ponitur in medicinis que valent ꝯtra
fluxū sanguinis sputū ꝛ vlcerationē intestinoꝝ.Bes
bese.i.macis.Macis dicitur ꝙ sit cortex cuiusdam
fructus qui apportatur de india:compositus est ex di
uersis substātijs magis dominans est substantia ter
restris:ꝛ minus ē substātia subtilis calida:ꝛ est multe
stipticitatis cū aromaticitate.Sua prima virt⁹ ē sic
ca in primo gradu.Sed caliditas vel frigiditas nō
sunt manifesta in eo.Sua secunda virtus ē cōforta
re ꝛ retinere:et valēt cōtra passionē cordis:et cōtra
fluxū vētris. ¶ Et bene testificabiṫ per.G.ꝙ valet
ppter suā stipticitatem cōtra vlcerationē intestino
rū. ¶ Sredes.i.poliū virtus eius similatur vituti
spice. ¶ Albegi virtutē habet dissoluēdi ꝛ maturādi
¶ Lesaba.idest mandragora.mandragora frigida.
ē in tertio gradu:et etiā ē habens aliquātulā calidita
tē:et poma ipsius habēt humiditatē:et propter h
puocāt somnū:et cortices suaꝝ radicū sunt sicce:sed
eius radix debilior existit ¶ Alrigmeg.idest feniculū
calidū ē in tertio gradu et siccū in secundo:et ppter
hoc prouocat lac et vrina et mēstrua:et confert deſt
sui aque ad oculū:et sunt duarū specierū:domesti
cū et siluestre:et domesticū est .huius siluestri:et q₂
habet aliquam horribilitatem habet pprietatē cōfor

